




Lit. Graec. B
1165



H. G. B. 98.6

B. C. D.
EXERCITATIONES
IN
APPIANI ALEXANDRINI
ROMANAS HISTORIAS

PRÆSIDE
JOHANNES SCHWEIGHÆUSER
GRÆCARUM ET ORIENTALIUM LITERARUM
PROF. PUBL. ORD.
UNIVERSITATIS h. t. RECTORE

SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIENT
D. XIX. MARTII
SECTIONES TRES PRIORES
AC RATIONEM TOTIUS COMMENTATIONIS
JOH. GEORGIUS DAHLER
D. XXI. MARTII
SECTIONEM IV. ET V.
GODOFREDUS HEISCH
D. XXIII. MARTII
SECTIONEM VI.
JOHANNES JACOBUS KÜSS
ARGENTINENSES.

J. F. W. — 9 —
In Universitate Argentoratensi, A. MDCCLXXXI.
excudebat JOH. HENRICUS HEITZ, Universitatis Typographus.

50.6

B. C. D.
EXERCITATIONES

IN
APRILIA ALEXANDRI
ROMANUS

IN
SOCIETATE SCIENTIARUM
MUSEUM
L. O. K. P. D.
L. O. K. P. D.

INSTITUTIONE
SOCIETATIS
L. O. K. P. D.

JOH. GEORGIVS
L. O. K. P. D.

GODOFREDVS
L. O. K. P. D.
L. O. K. P. D.
JOHANNES JACOBUS
L. O. K. P. D.

IN
L. O. K. P. D.

MUNIFICENTIAE
SCHENCKBECHERIANÆ
HELLERIANÆ
GOLLIANÆQUE
DISPENSATORUM
ILLUSTRI COLLEGIO
VIRIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
EXPERIENTISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS
STUDIORUM SUORUM
IN HUMANIORIBUS LITERIS POSITORUM
PRIMITIAS
DEVOTA MENTE, PIA INTER VOTA
CONSECRAT
SEQUE AC SUA STUDIA COMMENDAT

JOH. GEORGIUS DAHLER.

COLLEGII WILHELMITANI

P R Æ F E C T I S

M U N I F I C E N T I S S I M I S

V I R I S M A G N I F I C I S , A M P L I S S I M I S , C O N S U L T I S S I M I S

D. F R A N C. H E N R I C O
H E N N E N B E R G

D. E L I Æ B R A C K E N H O F F E R

P A T R I Æ C I V I T A T I S T R E D E C I M V I R I S

U N I V E R S I T A T I S S C H O L A R C H I S

M E R I T I S S I M I S

N E C N O N

A M P L I S S I M I S , V E N E R A N D I S

C O L L E G I I W I L H E L M I T A N I

V I S I T A T O R I B U S E T I N S P E C T O R I

P A T R O N I S , B E N E F A C T O R I B U S ,

F A U T O R I B U S ,

I N P A R E N T U M L O C O C O L E N D I S

D I S S E R T A T I O N E M H A N C

I N G R A T I S S I M I A N I M I P I G N U S

D E D I C A T

J O H. J A C O B U S K Ü S S.

ILLUSTRI
BENEFICII HELLERIANI
DISPENSATORUM
COLLEGIO

VIRIS

MUNERUM AMPLITUDE,
DOCTRINA, PRUDENTIA,
MERITIS IN REM PUBLICAM
AC LITERARIAM
SPLENDIDISSIMIS

UT ET

PATRI OPTIMO
VENERANDO
D. GODOFREDO HEISCH
ECCLESIAE AD D. WILHELMI TEMPLUM
DIACONO MERITISSIMO

HASCE EXERCITATIONES
STUDIORUMQUE SUORUM
PRIMITIAS

SACRARE

AC

PIA ARDENTISSIMA


INTER VOTA

IMMORTALIUM MERITORUM

GRATISSIMAM MEMORIAM PROFITERI

VOLUIT

GODOFREDUS HEISCH.



LECTURIS

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER

S. P. D.



Vir humaniori omni doctrina politissimus SAMUEL MUSGRAVIUS, Medicinæ Doctor Londinensis, qui, quidquid severioribus professionis suæ negotiis decerpere otii poterat, id Græcis illustrandis Literis consueverat tribuere, editis immortalibus in EURIPIDEM laboribus, APPIANI ALEXANDRINI *Romanam historiam* nova editione decreverat perpolire, eamque adeo studiis Eruditorum, a quibus immerito eandem pæne neglectam videbat, commendare. Illud consilium MUSGRAVIUS agitans, BRUNCKIO nostro, Viro Celeb. qui erat ei conjunctissimus, per literas significaverat, sibi ad novam cum fructu adornandam APPIANI editionem videri maximum fore momentum allaturum, si *Codicis Augustani* ejus, e quo olim DAV. HÆSCHELIUS *Romano-Illyricam APPIANI historiam* ediderat, collationem cum impresso aliquo APPIANI exemplari nancisci posset. De quo MUSGRAVII desiderio quum mecum confer-

A

ret BRUNCKIUS, lubens equidem meam qualemcunque operam ad illud conficiendum negotium doctissimo Britanno sponendi; atque haud ita multo post, per benevolam virorum mihi amicissimorum operam, HÆRNERI, V. D. M. ac MERIENSII, *Lycei Augustani Rectoris ac Bibliothecarii*, ab illustrium Præfectorum Bibliothecæ Augustanæ liberalitate præstantissimum illum APPIANI codicem nactus, mox eundem cum exemplari meo editionis HENR. STEPHANI cœpi conferre.

Ea occasione studiose APPIANUM perlegens, duabus rebus certatim me haud vulgariter sensi commotum: hinc singulari quadam ipsius lectionis dulcedine, ac nobili illa lucidaque simplicitate, quæ mira cum gravitate in Scriptoris illius narratione felicissime conjuncta est; illinc miserima conditione Editionum præclarissimi operis, quas ad hunc diem habemus, quas nimirum omnes innumeris vitiis atque indignissimis fordibus usquequaque scatere videbam. Cui rei quum accederet, ut plurimorum depravatorum locorum, ac in his maxime etiam desperatorum, paratam medicinam optimo illo *Augustano* Codice contineri viderem, atque ut præterea ex eo, quod mihi imparato inter legendum usu veniebat, facili conjectura intelligerem, plurimis aliis locis felicem certissimamque medelam a viro in his rebus paulo exercitatori posse adferri; lætus mox MUSGRAVIO rescribens, adjectis compluribus speciminibus, demonstravi, quanto jure multum sibi & APPIANO suo ab illo Codice sperarit. Simul eidem, inter alia quæ de APPIANO diserebam, significavi, quantam Scriptorem illum, in tam emendato præsertim codice, perlegens caperem voluptatem, ut mihi pæne ipsi, ni a longe feliciori exercitatorique ingenio occupatum hoc opus gauderem, aliqua edendi APPIANI cupido esset coortura.

Ad hæc MUSGRAVIUS perhumaniter mihi respondens, gratias primum agere amicas pro opera a me sui causa

suscepta; tum vero significare, se, quum ad eum diem, quo de APPIANO ad BRUNCKIUM scripserat, nonnisi velut e longinquo de edendo illo Scriptore cogitasset, neque adeo multum adhuc studii aut operæ in ea re posuisset, proximis mensibus ea corporis infirmitate fuisse correptum, quæ ipsum vitæ summæ brevis nimis etiam efficaciter admoneret, atque spes omnes vetaret inchoare longas. Quare se totum illud APPIANI edendi consilium deponere esse coactum; sed eo magis gaudere, quod sibi ex literis meis intellexisse videretur, me deserti Auctoris patrocini-um haud gravate suscepturum. Hinc hortari me Vir optimus cœpit, atque etiam urgere, ut serio id agerem; denique ultro offerre, se ea, quæ quidem pauca admodum essent, quæ ipse ad APPIANUM in schedis suis per occasionem adnotasset, ad me, si ita vellem, transmis-
surum.

Brevi interposita mora MUSGRAVIO rescribo, me, quamquam vehementer dolerem, APPIANUM tali patrono, qualis ipse esset futurus, ac tali præsertim de causa, debere carere, conditionem propositam, quoniam ita res ferret, libenter accipere, magnasque ipsi gratias habiturum, si, quæ ad APPIANUM adnotata in schedis suis haberet, mecum communicasset: alia præterea nonnulla de tota APPIANI edendi ratione adjungo, ipsius potissimum MUSGRAVII, ut qui primus illud consilium cepisset, sententiam iis de rebus requirens. Responsionis loco haud ita multo post tristis adfertur mihi nuncius de obitu longe nobilissimi Viri; quem mecum omnes politiorum literarum studiosi merito deplorant. Atque adeo ad APPIANUM quoque nostrum, etiam postquam consilium ejus edendi deposuerat MUSGRAVIUS, pars illius luctus haud exigua hætenus pertinet, quod non solum illis sive adjunctis sive ornamentis nunc carere necesse sit nostram APPIANI editionem, quæ a summi Viri consiliis monitisque labori

nostro fuerant accessura; sed quod etiam nulla amplius spes superfit, chartas illas ad APPIANUM pertinentes, de quibus mihi scripserat MUSGRAVIUS, umquam videndi. Monuit enim me per literas amicus defuncti, TYRWHITTUS V. Cl. quæ ea de re compellavi, omnes MUSGRAVII schedas, præter paucissimas quasdam, per testamentum expressis verbis designatas, inter quas nihil erat ad APPIANUM pertinens, ex voluntate Auctoris paulo post ejus obitum flammis esse traditas.

Restat, ut eam jacturam nos, tanto majori studio in nostram Scriptoris hujus editionem conferendo, aliisque eruditis Viris in consiliorum partem tam studiose quam officiose invitandis, sarcire quoad optime fieri poterit nitamur. Atque equidem ex eo tempore, quo mihi velut ultimam suam de APPIANO voluntatem significans MUSGRAVIUS rem totam nostræ potissimum curæ commendaverat, serio jam cœpi Editionem Scriptoris hujus meditari; cum aliisque etiam Viris, quorum auctoritatem in hujusmodi rebus in primis magni faciendam arbitrabar, consilia conferre; denique quæcunque ad adornandam novam deserti jam pridem atque orbi Scriptoris editionem, & commentariis quoad opus fuerit eundem illustrandum, pertinere videbantur, comparare. Et quum tres illæ quas ad hunc diem habemus APPIANI editiones (*Parisiensis* CAR. STEPHANI, MDLI. fol. *Genevensis* HENR. STEPHANI, MDXCII. fol. *Amstelodamensis* ALEX. TOLLII, MDCLXX. 8.) nonnisi ex uno, eodemque vitiosissimo, Codice sint expressæ; prima mihi ac præcipua cura comparandis aliorum *Manuscriptorum* Codicum collationibus tribuenda videbatur. Quare absoluta *Augustani* collatione, non solum jam in eo sum, ut *Regios* duos *Parisienses* conferam Codices; sed ne *Italicorum* quidem manuscriptorum Exemplarium subsidiis, (quoad eos saltem APPIANI libros, qui in aliis Mss. vel raro admodum, vel plane non inveniuntur, *Ibericum* librum, *Annibalicum* & *Illyricum*)

carituram esse nostram APPIANI editionem, spero. *Vaticani* autem illius Codicis vice, quo olim usus est PETRUS CANDIDUS DECEMBER, ipsa antiqui hujus ac minime quidem disertis Interpretis *Latina Versio*, plurimis in locis, fatis tuto nobis atque commode poterit inservire. Denique ex *Syriaca* Auctoris nostri *Historia* amplam admodum *Epitomen*, a GEMISTO PLETHONE confectam, cujus duo Exemplaria in *Cæsarea Vindobonensi* Bibliotheca existant, in usum nostræ Editionis cum impresso APPIANI libro sese collaturum, ultro nobis receperat, de consilio nostro APPIANI edendi vix certior factus, Illustris Græcarum Musarum patronus idem atque amicus, ALOYSIUS EMERICUS *Liber Baro* a LOCELLA, *S. Cæsareæ ac Regiæ Majestati a Consiliis Aulicis*; eandemque spem, liberalissime nobis oblatam, his ipsis diebus Vir generosissimus incredibili humanitate, neque minus rara sagacitate, quam singulari diligentia, expletam nobis effectamque dedit.

Ac hæc quidem præfari, cum *Exercitationes* hæc *Appianeas* edere adgredior, non alienum videbatur: quo scriptiois genere, quasi quadam futuræ nostræ APPIANI Editionis prolusione, & consilium illud nostrum cum orbe literato communicare, & Virorum doctorum de toto hoc instituto sententiam explorare liceat, simulque Eorum, qui de APPIANO nostro quoquo modo bene mereri haud gravate voluerint, cum consilia, tum operam, officiose flagitare. De his ipsis autem nostris *Commentationibus* denique monendus est lector, ubicunque loca vel adferuntur vel citantur APPIANI, semper indicari HENR. STEPHANI Editionem; quod eo factum est, tum quod illam ipso usu commodissimam expertus sum, tum quod ea ratione simul illis, qui hac eadem editione, simul his qui *Amstelodamensibus* utuntur, consultum fuerit, siquidem ad editionis *Amstelodamensis* marginem paginæ editionis H. STEPHANI continua serie adnotatæ sunt. *Scripti Idib. Januar. MDCCLXXXI.*

EXERCITATIONUM IN APPIANI HISTORIAM
ROMANAM

SECTIO PRIMA.

Appiani persona & ætas.

De persona atque vita APPIANI, Romanæ historiæ scriptoris, nihil aliud compertum habemus, præter pauca ea, quæ in fine *Proæmii*, operi suo præmissi, ipse a) de se his verbis scribit: Τίς δὲ ὦν ταῦτα συνέγραψα, πολλοὶ μὲν ἴσασι, καὶ αὐτὸς προέφηνα. σαφέστερον δ' εἰπεῖν. Ἀππιανὸς b) Ἀλεξανδρεὺς, ἐς τὰ πρῶτα ἤκων ἐν τῇ πατρίδι, καὶ δίκαις ἐν Ῥώμῃ συναγορεύσας ἐπὶ τῶν βασιλέων c), μέχρι μεσοῦν ἐπιπροσπεύειν ἤξιωσαν. *Quinam vero sim, qui hanc conscripsi*

a) Quæ enim PHOTIUS de APPIANI persona habet, Codice 57. p. 24. edit. HOESCHELII, ea ex hoc ipso, quem adfero, loco desumpta sunt.

b) Ex optimo *Manuscripto Augustano*, atque ex antiqua PETR. CANDIDI *versione*, hoc nomen Ἀππιανὸς, quod in impressis Græcis exemplaribus desideratur, in contextum recipiendum videbatur. Per simplex autem π scribi a quibusdam nomen istud, monuit SUIDAS; quam scripturam equidem nullibi nisi apud EVAGRIUM reperi, loco infra Sect. IV. nota b. adferendo. Eadem autem in duobus *Codicibus Cæsareis* occurrit, quibus PLETHONIS Excerptum ex APPIANI *Syriacis* continetur; de quibus vid. Sect. IV. not. 2.

c) Ἐπὶ τῶν βασιλέων non, *sub*

Cæsaribus, hoc loco vertendum erat, ut fecit indifertus vetus Interpretes; nam, *imperantibus Romæ Cæsaribus* se vixisse, non poterat APPIANO in mentem venire ut expressis verbis moneret. Melius verba illa latine reddidit alter interpret SIGISM. GELENIUS, *apud Cæsarum tribunalia*; ut significare illis verbis videatur Auctor, se non vulgarem fuisse causarum patronum in judiciis ordinariis, sed in Cæsarum præsertim cognitionibus.

d) De *Procuratoribus Cæsarum*, qui reditus aut res privatas Principis in provinciis administrabant, videndi Viri docti ad Lib. I. *Digestis* tit. XIX. *de Officio Procuratoris Cæsaris vel Rationalis*; BYNKERSHOEK Lib. II. *Observationum Juris Romani* Cap. 20. &, qui ad eisdem provocavit auctores, REIMARUS ad DIONEM

historiam, & multi norunt, & ego ipse in fronte libri indicavi. Planius autem etiam dicam. APPIANUS sum ALEXANDRINUS, ad primariam in patria mea dignitatem promotus, postquam Romæ in causis coram Cæsaribus agendis eram versatus, donec illi me Procuratorem suum constituere dignarentur d).

II. Vixisse autem APPIANUM imperante Trajano ac Hadriano, ex ipsa ejusdem historia satis apparet e). Sed produxisse etiam vitam usque in Antonini Pii imperium, qui Hadriano successit, atque hoc demum imperante edidisse Historiam suam, non solum cum Gerardo Joanne VOSSIO atque Jo. Alb. FABRICIO ex Præfatione Auctoris nostri per facilem rationum collationem colligi potest, sed etiam ex disertis Auctoris verbis, quæ alibi in ipso operis cursu leguntur, sua sponte patet f).

CASSIUM Lib. LIII. cap. 15. p. 708. De Ægypti Procuratore, qui Alexandriae residebat, ibique cum Juridico, qui dicebatur, proximam post Augustalem Ægypti Præfectum tenebat dignitatem, pauca quædam adnotavit RITTERUS ad HEINECCII Historiam Juris Civilis Tom. I. p. 266. Eum Procuratorem STRABO (Lib. XVII. p. 797. B. edit. Paris.) ἰδίον λόγον vocavit; quod idem fere sonat, quod latinum nomen Rationalis, quo sequiori ævo appellati sunt hi, qui prius Procuratores dicti erant. Sed sicut commune Græcum nomen Procuratorum Cæsarum, Ἐπίτροπος, erat; sic etiam Ægypti Procurator, ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΩΝ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, memoratur DIONI Lib. LXXVII. cap. 21. p. 1306.

e) De Trajano vide Nostrum de Bellis Civilibus Lib. II. p. 484.

C. edit. Henr. Stephani. De Hadriano Civil. II. p. 481. D. & Syriac p. 119. C. De utroque etiam PHOTIUS monuit.

f) VOSSIUS de Historicis Græcis Lib. II. c. 13. & FABRICIUS Bibl. Græca Lib. IV. Cap. XII. §. 1. id ex eo probant, quod in Præfatione APPIANUS dicat, eo ipso tempore, quo historiam suam conscripserit, nondum quidem perducentos annos Romam tenuisse Imperatores, at urbem per nongentos annos stetisse. Libro autem I. Civil. p. 374. A. de instituto Hadriani, regiones Italiæ proconsulibus regendas distribuendi, loquens APPIANUS, non multum post mortem ejusdem Hadriani durasse illud institutum, refert. Idemque in Hispanicarum rerum Historia (pag. 275. extr. & p. 276. ineunte) de Hadriano non secus

SECTIO SECUNDA.

*Quam Rationem secutus sit in conscribenda Romana
Historia APPIANUS.*

I. Ille igitur *Alexandrinus* APPIANUS, amplo satis opere, *Romanam Historiam* ab urbis gentisque incunabulis ad sua fere tempora, Græco sermone consignatam, qui patrius ipsi atque vernaculus erat a), posteritati reliquit. In qua conscribenda historia quodnam consilium, quamve rationem sit secutus, ipsis fere verbis Auctoris explicare juvabit. *Res igitur populi Romani*, inquit, b) *multi & Græci & Latini scriptores memorie prodiderunt. . . . Quos ego legens, quum cuperem per singulas Romani Imperii provincias continenti quadam ratione perspicere, quibus rebus in earum qualibet inclaruerit Romana virtus; jam me sæpenumero ab harum rerum scriptoribus ex Africa in Hispaniam, ex Hispania in Siciliam, & hinc rursus in Macedoniam, aut ad aliam quamdam gentem, ad quam legatio suscepta aut cum qua societas inita esset, abreptum vidi; tum iterum, velut errabundum, Carthaginem aut in Siciliam reductum; atque inde subito, nec dum perfectis ibidem rebus, alio rursus translatum. Itaque dispersas historiae partes, quæ ad Siciliam, quæ ad Carthaginem reliquasque Africæ nationes, quæ ad unamquamque denique gentem atque provinciam Romano Imperio subjectam pertinerent, in unum collegi; ut, quid in earum*
quaque

quam de Trajano, tamquam fato jam tum, cum illa scriberet, functis satis diserte loquitur.

Seç. II. a) Neque tamen Latinæ linguæ imperitiam, qua PLUTARCHUM in Romanorum vitis interdum in errorem inductum fuisse monuerunt Eruditi, APPIANO quispiam

facile objecerit. Præterquam enim quod Nolter Latinis historiae Romanæ fontibus, quos raro quidem, sed passim tamen, citavit, diligenter usus sit, de quo *Seçione VI.* fusius dicitur; ex eo sane, quod, Romæ cum ageret, non in scholæ alicujus umbra aut in philosophico,

quaque gesserint Romani, & quænam fuerit illarum gentium sive infirmitas sive fortitudo, quænam rursus victoris populi sive virtus sive fortuna, & quidquid denique aliud maxime memorabile in qualibet provincia incidisset, planius cognoscerem intelligeremque. Nunc autem cogitans, fore etiam alios c), qui simili ratione res Romanorum cognoscere cupiant, eadem hac ratione Romanam historiam, per singulas gentes atque provincias distributam, perscribere adgredior.

II. Atque hæc quidem ratio res Romanorum pertractandi non nimis forte commoda videri possit ad informandam Lectoribus continentem atque lucidam universæ historiæ Romanæ notitiam: siquidem ea ratione non adeo facile perspicui posse videantur incrementorum rei Romanæ successio atque processus, causæque e pluribus atque variis plerumque momentis aptæ atque connexæ, quibus quæque insignior, vel domi, vel foris, effecta rerum hujus populi sive in melius sive in pejus conversio est; tum vero quoniam, status reipublicæ ac universi imperii quinam quolibet tempore fuerit, eadem illa ratione non satis perspicue intelligi posse videatur; quippe de quo e rebus in una aut altera provincia sigillatim gestis commodum ferri iudicium non possit, nisi rerum omnium memorabilium per singulas imperii partes eodem tempore gestarum descriptio simul unum sub adspectum lectoribus subjiciatur. Neque vero culpandum idcirco, aut etiam spernendum, APPIANI nostri consilium rationemque ullo pacto duxerim. Primum enim negari non potest, annales atque historias eas, in quibus res omnes per quascun-

quod dicebatur, otio tempus transmiserit, sed quod in foro, in civilibus negotiis, in causis agendis fuerit versatus, satis tuto colligi potest, non mediocri Latini sermonis usu eundem fuisse imbutum.

b) In *Prefatione* universo operi præmissa, pag. VII. sq.

c) In græcis, ubi impressi libri habent: νομίσας δ' αὐτίκα καὶ ἄλλον οὕτως ἐθελήσκει μαθεῖν τὰ Ῥωμαίων, pro αὐτίκα, ex *Codice Augustano* omnino reponendum est ἄν τινα, quod etiam citra dubium vetus *Interpres* in suo exemplari legerat.

B

que partes tam vasti imperii, quale Romanorum fuit, eodem fere tempore gestæ, promiscue atque inter se confusæ secundum temporum successionem exponuntur, illud ipsum habere incommodum, quod APPIANUS expertum se esse professus est; ut hujus historiæ studiosus lector, ubi rei cujuscumque in una quadam parte imperii Romani gestæ atque insignis fortasse rerum conversionis exordium viderit expositum, jamque hujus catastrophes momenta suo ordine persequi cupiat, donec ad finem perducta res sit, nunc ejus narrationis filum subito, atque iterum quidem iterumque, abruptum videat atque abscissum; ut non modo suspensum sese teneri, sed etiam veluti vagum atque errabundum per universum terrarum orbem hinc inde traductum, denique, ad pristinum locum vix tandem reducem, denuo inde ad alia omnia sæpenumero abreptum, haud exiguo suo tædio, sentiat. Quare quum APPIANI ætate satis magna copia annalium atque historiæ ejusmodi exstaret, laudandum potius hujus scriptoris institutum est, quod altera illa ratione maluerit uti, quæ unumquodque rerum genus, (velut Mithridatica bella, velut civiles Romanorum turbas) itemque uniuscujusque gentis atque provinciæ historiæ, a primis suis primordiis usque ad finem, perpetuo narrationis filo persequitur: quo tractationis genere, citra omnem controversiam, unumquodque rerum gestarum genus, atque uniuscujusque provinciæ historia, clariori in luce poni potest, at-

d) Neque vero in hac per provincias distributa historia respectum omnem ad universam totius imperii Romani historiæ, aut ad ordinem eum, quo secundum continuos universi imperii annales res quæque in qualibet provincia vel eodem tempore gestæ essent, vel sese invicem excepissent, penitus

neglexisse putandus est APPIANUS. Primum enim, quod ad locum attinet, quem in operis sui editione cuique singulari historiæ assignavit; hunc ordinem a se observatum esse ipse declarat, ut quisque liber ita ante alterum collocaretur, ut prius cum ea gente atque in ea provincia, cujus historiæ ille liber com-

que mirum in modum adjuvatur lector, quo facilius uno obtutu rem omnem animo possit complecti.

III. Huc accedit, quod in quinque priorum quidem ab urbe condita seculorum historia, ubi non nimis dum dilatatae atque amplae fuerunt res Romanorum, ad id de quo nunc quaerimus non fere differat APPIANI institutum a reliquorum ejusdem historiae Scriptorum ratione; sequentibus autem seculis historia omnis Romana sponte quasi sua in duas summas dirimatur partes, alteram rerum domesticarum, alteram externarum. Domi civiles turbæ, ac fratrum in fratres armatae manus: foris legationes, societates, bella, varia quidem interdum fortuna, sed splendida plerumque, gesta atque confecta, denique mira finium imperii prolationes ac infinita pæne potentiae incrementa, aliis gentibus in fidem tutelamque receptis, aliis plane subjugatis atque in descriptam aliquam provinciae formam redactis. Atqui quemadmodum commodissimum erat, civiles omnes turbas, a primis inde Gracchorum seditionibus, ad illa usque tempora quibus adversariorum omnium victor Octavianus Cæsar excessit, continua quadam narratione persequi, id quod ab APPIANO nostro factum videmus; sic historiae rerum externarum distributio, per varias gentes atque provincias Romano imperio subjectas, iterum sua quadam sponte sese offerebat. *d)*

plectebatur, bella atque res habere cœpissent Romani. (Vid. *Præfat.* Auctoris p. IX. A.) Tum vero in ipso historiae cujusque cursu, si quid erat ex alio libro repetendum, quod vel præ ceteris memorabile eodem fere tempore gestum esset, vel quod causas aliquas aut necessariam quamdam illustratio-

nem earum rerum contineret, de quibus nunc agebatur; ejus rei mentionem commodo loco injicere, aut etiam narrationem breviter, quantum opus videbatur, (*ὅσον εἰς ἀνάμνησιν*, quæ formula eî in hujusmodi occasionibus solennis est) repetere consuevit APPIANUS.

SECTIO TERTIA.

Recensetur series XXII Librorum, per quos distributa erat APPIANI Romana historia.

Illud igitur suum institutum viginti & aliquot libris perfectus est APPIANUS, quorum communis *Inscriptio* hæc erat: Ἀππιανῶν Ῥωμαϊκῆ Ἱστορία, vel Ῥωμαϊκαὶ Ἱστορίαι, aut brevius etiam Ῥωμαϊκά: a) quæ generalis *Inscriptio* in fronte cujusque singularis libri ita repeti solebat, ut diceretur verbi causa, Ῥωμαϊκῶν Βασιλικῆ, scilicet βίβλος vel συγγραφή b); Ῥωμαϊκῶν Κελτικῆ, Ῥωμαϊκῶν Λιβυκῆ, & sic deinceps. De numero autem librorum, itemque de ordine, quo illi in universi operis serie collocati fuerint, hodie non certo constat; quum neque integra librorum omnium collectio ad ætatem pervenerit nostram, & inter eos auctores, qui

Sect. III. a) PHOTIUS, loco ad *Sect. I. not. a.* citato, itemque SUIDAS, voce Ῥωτίλιος, & ZONARAS, loco quem ad *Sect. IV. not. ff.* afferemus, generalem hujus operis *Inscriptionem* hanc habent: Ῥωμαϊκῆ Ἱστορία; quas voces *Codex Augustanus* interdum in plurali numero effert. Sed veriolem & ab ipso APPIANO profectam *inscriptionem* brevem illam esse, Ῥωμαϊκά, ex ejusdem *Prefatione* p. VIII. C. D. E. colligi posse videtur. Unius autem vel alterius singularis libri *inscriptione* decepti librarii quidam, totius operis hunc titulum fecerunt, ut illud Βασιλικῆν, vel Ἰταλικῆν Ἱστορίαν *inscripserint*. Prior error in codice illo obtinuit, ex quo *Excerpta ex Appiano* edidit VA-

LESIUS, ubi vide p. 546, p. 566 & p. 6. num. 17. eundemque errorem erravit SUIDAS, voce Ἀππιανός. Alterum errorem habet *Codex Florentinus*, in BANDINII *Catalogo* T. II. col. 659. ubi vide *Inscriptionem* totius *Codicis*, ac rursus *Inscriptionem* Proœmii.

b) Sic e. gr. APPIANUS *Syr.* p. 120. D. Ἀλλὰ τὰδε μὲν ἐντελῶς ἐν τῇ Παρθικῇ συγγραφῇ λέξω. τῆς δὲ βίβλου τῆςδε οὐσης Συριακῆς, κ. τ. λ.

c) FABRICIUS in *Bibl. Græca* Lib. IV. Cap. XII. Tom. III. p. 393. sq. ex PHOTII *Bibliotheca*, Codice LVII. p. 22. PHOTIUS autem XXIV APPIANI libros, *Anonymus* noster nonnisi XXII, numerat.

*) Vide infra, not. p) & 2).

libros APPIANI recensent, neque de numero neque de ordine satis conveniat. Duo sunt autem Auctores, quorum diligentia *Catalogus Librorum*, quibus constabat univ[er]sa APPIANI *Romana Historia*, nobis conservatus est: alter PHOTIUS; *Anonymus* alter, cujus monitum de numero atque serie librorum Appianeorum in manu exaratis Codicibus passim reperitur. Et quoniam in PHOTII Catalogo, qui & ex ipsa ejus *Bibliotheca* facile peti potest, & a FABRICIO etiam *Bibliothecæ Græcæ* inserta est c), occurrunt nonnulla, quæ sine dubio erronea sunt, atque ab ipsius APPIANI distributione aliena *), nos ex illius, quem diximus, *Anonymi* præscripto recensione[m] hanc instituemus d); interspersis vel subjectis quibusdam, ubi opus fuerit, de uno aut altero libro observationibus. Sic igitur ille:

Ἡ τῆς Ἀππιανῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ἐν λόγοις ἔυρηται περι-
κλειομένη κβ'. APPIANI *Romana Historia* viginti duobus
libris comprehensa est:

d) Hunc *Anonymi* illius *Catalogum librorum* APPIANI talem exhibeo, qualem in fronte *Codici Augustani* scriptum reperi. Convenit autem fere, si eam variationem excipias, quam ad Librum VIII. notabo, cum eo Elencho, quem ex *Codice Florentino* jam ante hos duodecim annos publici juris fecit diligentissimus BANDINIUS in *Catalogo Codicum Græcorum Bibliothecæ Laurentianæ*, Tomo II. col. 659. sq. Neque dubito, esse eundem, quem in *Codice Regio Parisino* N^o. 1681. exhiberi monetur in *Catalogo Codicum MSSorum Bibl. Reg. Paris.* T. II. p. 387. Quemadmodum autem BANDINIUS monuit, illum Elenchum non ab eo librario, qui

ipsum Codicem descriperat, sed recentiori manu esse perscriptum; sic & in *Augustano Codice* idem Elenchus, (simul cum illa alterius *Anonymi* admonitione, quæ in impressis exemplaribus etiam exhibetur, de qua vide *Seçt. IV. not. t.* ab recentiori manu in fronte libri adscriptus est. Mirum est autem, quorsum evaserit Codex is, ex quo hic Catalogus transcriptus fuit, atque eo magis quidem in hoc ipsum inquirere operæ pretium fuerit, quod ex iis verbis, in quæ desinit idem Catalogus, satis tuto colligi potest, eum præfixum fuisse *Tomo primo* operum APPIANI, quæ IX priores libros, quorum plerique hodie desiderantur, continebat. Conf. *Seçt. IV. not. x.*

(I) Καὶ ὁ μὲν πρῶτος λόγος περιέχει τῶν ἀπὸ Ῥωμύ-
λα μέχρι Ταρκυνίω βασιλέων ἐπιτά (τὰς addit Cod. Flor.)
πράξεις ἐπιγράφεσαι δὲ Ῥωμαϊκῶν βασιλικῆ ἱστορία. *Et pri-
mus quidem liber continet septem Regum, a Romulo usque
ad Tarquinium, res gestas, inscribiturque Rerum Romanarum
Historia Regia.*

(II) Ὁ δὲ β'. Ῥωμαϊκῶν Ἰταλικῆ. *Secundus liber,
Historia Romano-Italica.*

(III) Ὁ δὲ γ'. Ῥωμαϊκῶν Σαυνιτικῆ ὅς καὶ π' ἐτῶν πε-
ριέχει πολέμους. *Tertius: Historia Romano-Samnitica;
quo libro & octoginta annorum bellum (Samniticum nimirum
ac Tarentinum) continetur. e)*

e) Horum trium priorum libro-
rum argumenta ipse Auctor in *Pro-
aemio* p. VIII. C. D. his verbis de-
clarat: Τριῶν δὲ βίβλων οὐσῶν, αἰ-
τὰ ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὅτι αὐτοῖς πολ-
λά, πεπραγμένα συναγοῦσι· τὰς μὲν
τρεις ἠγήσειν εἶναι Ῥωμαϊκῶν Ἰταλι-
κῆς· διὰ δὲ πλῆθος ἔργων διήρησαι.
καὶ δηλοῦσιν, ἢ μὲν πρώτη τὰ τῶν βα-
σιλέων ἐπιτά γενομένων (sic ex *Ms.
Aug* legendum pro γενομένα, quod
habent impressi libri) ἔργα, ἐφε-
ξῆς ἀπαντα ἐφ' ἑαυτῶν, ὡς ἐγένετο·
καὶ αὐτὴν ἐπιγράψω Ῥωμαϊκῶν Βασι-
λικῆν. ἢ δ' ἐξῆς τὰ ἐς τὴν ἄλλην Ἰτα-
λίαν, χωρὶς γε τῆς παρὰ τὸν κόλπον
τὸν Ἰόνιον· (sic recte, pro vitioso
Ἰώνιον, dat idem *Cod. August.*)
ἐς δὲ σύγκρισιν τῆς προτέρως ἡδε λέγε-
ται ἢ ἐξῆς Ῥωμαϊκῶν Ἰταλικῆ. τελευ-
ταίῳ δὲ ἔθνει Σαυνιτικῆς, (sic num-
quam non *Codex August.* illud no-
men scribit, quod in impressis per-
peram semper Σαυνιτ. pro Σαυνιτ.
scribitur) οἱ παρὰ τὸν Ἰόνιον ὤκην-

ται, μεγάλῳ τε καὶ χαλεπῷ, ὀγδοή-
κοντα ἔτεσι συνεπλάκησαν, μέχρι καὶ
τούτου, καὶ ὅσα σφίσι ἐγγύς ἔθνη συν-
εμάχει, καὶ Ἕλληνας ὅσοι ὑπὸ τὴν
Ἰταλίαν εἰσιν, ὑπηγάγοντο· καὶ ἔστιν
ἡδε, τῶν προτέρως εἰς σύγκρισιν, Ῥω-
μαϊκῶν Σαυνιτικῆ. *Quum autem tres
sint libri, qui res populi Romani
intra Italiam gestas, quæ sane
multæ sunt, complectuntur; uni-
versos quidem communi Inscr-
iptione ITALICÆ historiae com-
prehendi potuisse, intelligitur:
sed eos tres libros, ob nimiam re-
rum copiam, distinximus. Illo-
rum igitur primus ea quæ sub
Regibus gesta sunt, quos septem
habuit Roma, suo ordine singula
separatim exponit; eumque in-
scribo, Rerum Romanarum Li-
brum REGIUM. DE REGIBUS.
Sequuntur quæ (extra Latium) per
reliquam Italiam, excepta ea
parte, quæ Superum mare attin-
git, gesta sunt: hunc alterum*

(IV.) Ὁ δὲ δ'. Ῥωμαϊκῶν Κελτικῆ. *Quartus liber: Historia Romano-Gallica.* Quo libro primum ea, quæ in Italia Galli contra Romanos, tum quæ Romani in Gallia gesserunt, exposita erant. His accedebat earum rerum commemoratio, quæ trans Rhenum in Germania, nec non quæ in Britannia, a C. Cæsare gesta sunt. f)

(V.) Ὁ δὲ ε'. Ῥωμαϊκῶν Σικελικῆ. *Romano-Sicula historia.* Hanc citat APPIANUS in libro *Iberico*, p. 256. D. & in *Punico* p. 2. B & p. 3. C. Idem vero liber PHOTIO Σικελικῆ καὶ Νησιωτικῆ appellatur; quo significatur, *Siculæ* historię reliquarum etiam insigniorum *Insularum* historiam, Sardinie, puta, Corsicæ, Cretæ, Cypri, ut nimirum iusta libri mensura compleretur, fuisse subjectam. g)

Librum, ad prioris discrimen, Romanarum Rerum Librum ITALICUM, adpello. Postremo cum Samnitibus, qui Superum mare accolunt, magno ac feroci populo, per octoginta annos confictati sunt; donec & hos, & quotquot finitimæ gentes eos adjuverant, & Græcos quotquot inferiorem Italiam incolunt, imperio suo subjicerent. Hic mihi Liber, ad duorum superiorum differentiam, Romanarum Rerum Liber SAMNITICUS, inscriptus est.

f) Vide *Epitomen* hujus libri, quæ hodieque in exemplaribus APPIANI exstat, atque EXCERPTA ab URSINO ac VALESIO edita; quibus adde SUIDAM voce Ῥωμαϊκῶν, & ipsum APPIANUM de *Civil. Bellis* L. II. p. 437. A. SUIDÆ verba paulo inferius, *Seçt. IV. num. IV. not. f.* exhibemus.

g) Quare VALESIIUS in *Adnota-*

tione ad Fragmentum illud de Clodio, quod *Excerptis* ex *Historia Sicula* p. 558. adjectum est, monuit, ea occasione isto in libro mentionem Clodii factam fuisse videri, quod ejus viri iniqua rogatione *Cyprus* insula, cujus nimirum historia eodem libro comprehensa fuisse censenda est, in populi Romani ditionem pervenerit. (Vid. *Adnotationes VALESII* p. 79. Ac conf. APPIANUS noster, de *Bell. Civ. Lib. II. p. 441. A.* ad cujus loci sententiam constituendam, ex *MSti Augustani* & ipsius historię præscripto, pro Κάτων reponendum Κάτωννα est, & major distinctio, quæ illam vocem præcedit, cum minori commutanda.) Similiter Fragmentum illud XXXmum de *Creta Insula*, quod exstat in *Excerptis* ab URSINO editis p. 371. non ex *Macedonico* libro, ut suspicatus est URSINUS (in *Notis* p. 126.) sed ex eodem hoc libro V.

(VI) ὁ δὲ ε'. Ῥωμαϊκῶν Ἰβηρικῆ. *Sextus liber, de rebus Hispanicis.*

(VII) ὁ δὲ ζ'. Ῥωμαϊκῶν Ἀννιβαϊκῆ. *h) De Romanorum bello cum Annibale.*

(VIII) ὁ δὲ η'. Ῥωμαϊκῶν Λιβυκῆ καὶ Καρχηδονικῆ. *Historia Libyca ac Punica, sive de rebus Romanorum in Africa, cum Carthaginensibus præsertim, gestis. Quem librum PHOTIUS non solum Λιβυκὴν καὶ Καρχηδονικὴν, sed etiam Νομαδικὴν, id est, Numidicum appellat; siquidem Punicæ historiæ historia Numidica subjecta erat. i) Male autem a Libyco dirimitur Punicus liber in eo Catalogi nostri exemplari, quod in Florentino exstat Codice. k)*

(IX) ὁ θ'. Ῥωμαϊκῶν Μακεδονικῆ. *De rebus Macedonicis. — Hos novem priores libros eodem ordine ipse APPIANUS in Præfatione citavit. l)*

(X & XI) ὁ ι' καὶ ια'. Ῥωμαϊκῶν Ἑλληνικῆ καὶ Ἰωνικῆ. *Liber decimus atque undecimus: Historia Romano-Græca vel Achaïca; atque Ionica sive Asiatica. Ἑλληνικὴν γραφὴν citat ipse APPIANUS in historia Syriaca p. 87. A. Ἰωνικὴν,*

qui Siculam atque Insularem historiam continebat, decerptum esse videtur.

h) In Præfatione APPIANI p. IX. A. itemque in Punica historia p. 2. B. Codex August. legit Ἀννιβαϊκῆ, quæ mollior nominis forma, ac nescio an verior, videtur; quam eandem formam ISAACUS CASAU-BONUS ad Polybii Lib. I. Cap. 3. in Codicibus suis Polybianis sese reperisse testatur.

i) Quod patet etiam ex Excerptis Valesianis p. 561. ad quæ vide Adnotationes VALESII pag. 79.

Idem testantur Fragmenta duo apud URSINUM num. XXVIII. & XXIX. p. 370.

k) Ibi scilicet ita legitur: ὁ δὲ η' Ῥωμαϊκῶν Λιβυκῆ. — Καὶ Καρχηδονικῆ ὁ θ'. — Ῥωμαϊκῶν Μακεδονικῆ δὲ ὁ δέκατος. — ὁ ια' Ῥωμαϊκῶν Ἑλληνικῆ καὶ Ἰωνικῆ. Vid. BANDINII Catal. Bibl. Laurent. Tom. II. col. 659.

l) Nimirum post verba illa, quæ sunt a nobis supra (not. e.) allata, ita pergit APPIANUS p. VIII. extr. & p. IX: Τὰ δὲ λοιπὰ, τούτων ἐκάστη κατὰ λόγον (in impr. male λό-

νικῆν, hoc nomine, ab APPIANO in libris, qui supersunt non memini commemoratam; sed Ἀσιανὴ συγγραφή, ad quam provocat *Civil. II. p. 485. C.* videtur esse hæc eadem quæ ab *Anonymo* nostro Ἰωνικὴ appellatur. *m*)

(XII) Ὁ β'. Ῥωμαϊκῶν Συριακὴ. *Historia Romano-Syriaca*; quo libro etiam universa Principum Macedonicorum historia qui Syriam ab obitu Alexandri M. usque ad Romanorum tempora tenuerunt, breviter pertractatur.

(XIII) Ὁ γ'. Ῥωμαϊκῶν Παρθικὴ. *Historia Romano-Parthica*. Parthicæ suæ historiæ in reliquis libris plus semel mentionem fecit APPIANUS. Atque hunc quidem locum, inter *Syriacam* atque *Mithridaticam*, *Parthicæ* historiæ, cum *Anonymo* nostro, non solum PHOTIUS quoque tribuit; sed etiam Manuscripti Codices, qui quidem nostra ætate exstant, scriptionem eam, quam pro *Parthico* APPIANI libro venditant, eodem hoc loco proxime ante *Mithridaticum* ponunt. Sed illud invito sane auctore, & plane contra ejus rationem factum esse, facile patet, cum ex eo, quod cum Parthis nonnisi devicto Mithridate, atque etiam post prima civilia bella, res habere cœperunt Romani *n*); tum ve-

γους) ἐπιγράφονται Ῥωμαϊκῶν Κελτικὴ τε, καὶ Σικελικὴ, καὶ Ἰβηρικὴ, καὶ Ἀννιβιακὴ, καὶ Καρχηδονικὴ [καὶ Μακεδονικὴ] καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως. *Reliquas vero (Romanorum) res gestas quod attinet, quilibet liber pari ratione cum istis (tribus prioribus) inscribitur; scilicet, Rerum Romanarum Liber Celticus, Siculus . . . & sic deinceps: Ubi in impressis perperam Καρχηδονιακὴ scribitur ac Μακεδονιακὴ pro Καρχηδονικὴ & Μακεδονικὴ. In Codice autem Augustano desunt verba: καὶ Μακεδονικὴ; ut nomen hoc*

libri IX. a librario quodam additum putari possit, qui, quum illud deesse videret ad complendum numerum eorum novem librorum, qui primo volumine *Historiæ* APPIANI continebantur, illud nomen *Macedonici* Libri adjiciendum hoc loco duxerit.

m) Ἑλληνικὴν & Ἰωνικὴν, pro uno libro, scilicet *decimo*, numerat PHOTIUS, qui in novem priorum librorum recensione ab *Anonymo* nostro non dissenserat.

n) Quare juxta eam rationem, quam in collocandis libris suis se

C

ro ex fatis etiam diferto ipsius Auctoris testimonio, qui in libris *de Bellis Civilibus Parthicam Historiam* tamquam deinceps fecuturam commemorat. o) Quo magis etiam PHOTIUS errasse censendus est, quum *Parthicam* historiam cum *Syriaca* in unum eundemque librum, quem is *Undecimum* numerat, conjectam ab APPIANO fuisse refert. p)

(XIV) Ὁ ἰδ'. Ῥωμαϊκῶν Μιθριδάτειος. *Mithridatica Romanorum Historia*. Hic liber etiam *Pontica Historia* inscriptus fuisse videtur. Certe quum alter ille *Anonymus*, cujus Admonitio exstat *de selectis APPIANI libris in duo volumina digestis*, q) τὰ Πονηικὰ quoque a se inter selectos APPIANI libros relata esse ait, nullum alium nisi ipsum hunc *Mithridaticum* librum dixisse putandus est; quippe quo bella exponuntur adversus *Ponti* Regem gesta. quibus iisdem bellis *Bithynia*, *Cappadocia* & quaecunque his finitimæ ad Pon-

secuturum professus est APPIANUS (in *Præf.* p. IX. cf. supra Sect. II. nota d.) post libros *de Civilibus Bellis* reponenda erat *Parthica Romanorum historia*.

o) Vide *de Bellis Civil.* L. II. p. 438. B. ubi pro Παρθιακή, quod impressi habent, in Codice *Augustano* legitur Παρθυνακή: adde *de Bell. Civil.* L. V. p. 709. E. ubi in scriptura Παρθυνακή cum impressis consentit idem *Augustanus* liber.

p) Cui rei, præter ea quæ jam modo a nobis observata sunt, aliud etiam difertum APPIANI testimonium repugnat, cum in *Syriaco* libro p. 120. C. D. ita scribit: Ἄλλὰ τὰδε μὲν (scil. de Parthorum post Crassi cladem irruptione in *Syriam* atque *Asiam*) ἐντελῶς ἐν τῇ Παρθιακῇ (sic etiam h. l. MS. Aug.

legit) συγγραφή λέξω. τῆς δὲ βίβλου τῆςδε οὐσης Συριακῆς &c.

Facile autem intelligitur, a librariis interdum varios APPIANI libros alio ordine, quam quem secutus erat Auctor, collocari potuisse; atque ejusmodi Codicis auctoritate deceptus ista scripsisse videtur doctissimus Constantinopolitanus Præsul.

q) Conf. supra not. d.

r) Vide ea, quæ in libris impressis atque in Manuscriptis exemplaribus hodie initio *Libri Mithridatici* leguntur, p. 170. — Quibus quidem verbis, usque ad mediam paginam sequentem, quod in transitu hoc loco monere liceat, non tam *Exordium* illius libri, quam *Epilogum* contineri (quamquam illud nemini adhuc observatum video) facile sibi persuadebit,

tum Euxinum accolebant gentes, Romano imperio subiectæ sunt. r)

(XV) Ὁ ἰε'. Ῥωμαϊκῶν Ἰλλυρικῆ. De rebus Illyricis.

Hunc librum plane ignorat PHOTIUS, cujus tamen libri non solum in aliis APPIANI libris s) mentio fit, sed qui etiam ipse sine dubio genuinus & integer ad nostram ætatem pervenit. Sed falso, & contra Auctoris consilium, in hunc locum post *Mithridaticum* librum, & ante historiam *de Bellis Civilibus* hic *Illyricus* liber ab *Anonymo* nostro refertur. Etenim post *Mithridaticam* historiam proxime ab APPIANO collocatos fuisse Libros *de bellis civilibus*, ipse auctor diserte docet. t) Atque idem alibi monet, se res *Illyricas*, justam separati libri mensuram non complentes, ac non nimis etiam sibi comper- tas, finitimæ *Macedonicæ historiæ* adjunxisse. u) Neque nos turbare debet, quod alibi significare videtur Auctor noster,

quisquis vel ipsum quem dico locum per se paulo attentius considerarit, vel cum aliorum etiam APPIANI librorum Exordiis atque Epilogis conferre voluerit. Certe solenne est APPIANO, cujusque singularis libri initium a gentis ejus, cujus historia eo libro traditur, origine atque sedibus capere; quod in *Libyca*, in *Hispanica*, in *Illyrica* historia videre licet. Atque, secundum eandem rationem, omnino ab iis, quæ pag. 171. *media* leguntur, exordium libri hujus *Mithridatici* s. *Pontici* fecisse putandus est APPIANUS. Vix autem rursus ovum ovo similis est, quam ei, quem dico, præpostere in frontem libri rejecto Epilogo est *Punici* libri conclusio p. 85. C. aut epilogus historiæ Romanorum *Syriacæ* p. 119. B. Quare in antiquo aliquo

Exemplari, e quo hodierni fluxere Codices, folium illud quod ultimum erat hujus libri, luxatum primo, tum loco suo plane motum, atque temere in fronte ejus libri, cujus Epilogum illud continebat, rejectum fuisse putandum est.

s) Vide de *Bell. Civil. Lib. V. extr.* Eundem *Illyricum* librum etiam STEPHANUS BYZANTINUS ob oculos habuit, quum ad vocem *Δάλμιον* scripsit: Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ. Locus APPIANI est *Illyr. p. 761. column. b. lit. C.* in HOESCHELII autem *Græca* editione p. 6. *media*.

t) *Civil. L. I. p. 383. B.*

u) *Civil. Lib. V. extrem.* Quem locum, paulo mihi quidem adhuc obscuriorem, eo consilio hic adscribere liceat, ut a sagacioribus ingeniis sive explicationem ejus, sive

Illyricum hunc librum postremum omnium demum esse per-
scriptum. w)

(XVI) 'Ο 15'. Ἀράβιος. *Historia Romano-Arabica*.
Hunc librum, quem nusquam ab APPIANO memoratum repe-
ri, PHOTIUS extremum omnium ponit, & *vicesimum quar-
tum* numerat. Ac, si modo separatim editus ab APPIANO
emendationem eadem occasione ex emendatione exhibeatur *προσ-
αναγράφαι*, quod verbum, sicut se-
quens *ὑποθεῖναι*, referatur ad τῆ
Μακεδονικῆ. Quoquo modo legatur,
illud dicere videtur APPIANUS,
„ sibi *res Illyricas* (pro ea scilicet
ratione, de qua *Secl. II.* diximus,
quam in collocandis suis libris te-
nuit,) „ non alio loco collocandas
„ visas esse, quam eo, quem po-
„ stulasset temporis ratio, quo *ea*
„ *res Illyricæ primum a Romanis*
„ *fuerint susceptæ*; ex quo tem-
„ pore deinde omnia quæ ad Illy-
„ ricam pertinerent historiam, us-
„ que ad finem, conjunctim & con-
„ tinuata serie cum prioribus fue-
„ rint exponenda.” Quamquam au-
tem ἔθνη εἰλημμένα apud ipsum
etiam Nostrum, (v. c. in libro
Mithridat. p. 2. 1. B.) designet
gentes vel provincias subiectas;
tamen in hoc nostro loco τὰ Ἰλ-
λυρικά ἐλήφθησαν nihil aliud dicere
posse videtur, nisi *res Illyricæ a*
Romanis susceptæ sunt, Romani
cum Illyriis res atque bella habe-
re cæperunt. In quo tamen illud
iterum quodammodo importunum
est, quod, siquidem ex ejus tem-
poris ratione collocandus fuerat
hic liber, quo primum cum *Illy-*
riis congressi sunt Romani, regnum
administrante Teuta, Agronis vi-

anquiram. *Editi libri ita habent:*
Καί μοι ἔδοξε τὰ Ἰλλυρικά, οὔτε ἀκρι-
βῶς γενόμενά μοι γνώριμα, οὔτε συν-
τελοῦντα μήκος ἰδίας συγγραφῆς, οὔτε
χώραν ἔχοντα ἐτέρωθεν λεχθῆναι τοῦ
χρόνου κατ' ὃν ἐλήφθησαν ἔδοξε δὲ
συνάγοντος αὐτὰ ἐς τέλος προαναγρά-
ψαι, καὶ ὑποθεῖναι αὐτὰ τῆ ὁμόρῳ
Μακεδονικῆ. Accuratus alias inter-
pres GELENIUS posteriora verba ita
exponit: *Visum est mihi eas in*
id tempus conferre, quo Romani
sunt subditæ, & in summam
redactas Macedonicis finitimis
subjungere. Verus interpres bar-
bare, ut fere solet: *Visum est Il-*
lyriorum res ejus tempo-
ris, quo gesta sunt, in fine prius
jungendo scribere, easque Macedo-
nia illis finitima subjicere. Co-
dex *Augustanus*, inde a verbis οὔ-
τε χώραν, sic legit ac distinguit:
οὔτε χώραν ἔχοντα ἐτέρωθεν λεχθῆναι,
τοῦ χρόνου κατ' ὃν ἐλήφθησαν συνά-
γοντος αὐτὰ ἐς τέλος, προαναγράφαι,
καὶ ὑποθεῖναι αὐτὰ, τῆ ὁμόρῳ Μα-
κεδονικῆ. Ut, omissis post ἐλήφθησαν
verbis ἔδοξε δὲ, illa verba τοῦ χρό-
νου non pendeant ab ἐτέρωθεν, sed
cum sequentibus usque ad ἐς τέλος
tamquam in parenthesi posita sint;
tum vero ut pro προαναγράφαι,
quod a prima manu scriptum erat,

liber est hac inscriptione insignitus, rectius in finem rejecerit eum PHOTIUS, quam hunc ei locum ante *Civilem* historiam assignavit *Anonymus* noster; quoniam non nisi Monarchiæ tempore, & primum quidem Augusti jussu nutuque, sed potissimum deinceps Trajano imperante, expeditiones contra Arabes susceptæ sunt x). Sed historia hæc *Romano-Ara-*

dua, (quo bello jam pars aliqua Illyrici potestati eorum subiecta est) ante ipsum etiam *Ibericum* librum hic *Illyricus* fuerit reponendus; quippe eo ipso anno, quo in Hispania Amilcari successit Asdrubal, antequam pedem cum exercitu in Hispaniam posuissent Romani, hoc primum bellum Illyricum, a quo etiam historiam hanc inchoavit APPIANUS, susceptum est. Sed nimirum, quia ob nimis exiguam libelli molem historia hæc *Illyrica* alii libro adnectenda erat; commodissime eadem *Macedonicis* rebus, in vicinia gestis, cum quibus iisdem mox etiam sub Gentio, Illyriæ Rege, Persei socio, commixtæ res *Illyriæ* erant, potuerunt sub-
jungi.

ω) In fine scilicet ipsius libri *Illyrici* ita de rebus sub Imperatoribus gestis, quæ *vicefimo secundo* Libro comprehensæ erant, loquitur APPIANUS, tamquam jam tum, cum *Illyricam* ederet historiam, perscriptus ille Liber fuisset qui res sub Imperatoribus gestas complectebatur: α δὲ μετ' Αἴγυπτον αὐτοκράτορες οἷδε ἐκράλιναντο ἢ προσέλαβον, ὡς ἴδια αὐτῶν ἔργα, μετὰ τὰ κοινὰ εἶρηται. At nimirum in *Iberico* etiam libro, (p. 262. B.) qui ex ipsius Auctoris testimonio ante *Pu-*

nicum collocatus erat, (vid. Præf. p. IX. A.) tamen *Punicus* liber simili ratione citatur, ἐν τῇ Καρχηδονικῇ βίβλῳ συγγράμμαι; sive quod re ipsa liber unus aut alter, qui post alium collocandus esset, tamen ante eundem ab auctore perscriptus fuerit; sive quod hujus generis citationes confecto toto opere demum sint ab Auctore adjectæ; ut de libro, qui quidem ordine posterior erat, non incommodè tamen tamquam de libro jam conscripto mentio fieri potuerit: sive denique, quod, antequam de edendo opere suo cogitavit APPIANUS, & antequam illud aliorum in usum secundis curis retexuit, atque ultimam ei manum imposuit, jam singuli libri, e quibus totum opus constabat, in privatum Auctoris usum compositi fuerint atque conscripti, quod & ipse in *Prefatione* (p. VII. D.) testari videtur. Sed, ut dicam quod sentio, hujus quidem loci, de quo nunc quæro, alia videtur ratio esse, atque facile mihi persuaserim, syllabam e Græco Verbo excidisse, ut pro εἶρηται legendum sit εἰρήσειται in futuro tempore, sicut ibidem proxime aliud futurum sequitur, ἐνθα καὶ περὶ Μυστῶν ἔρω πλέονα. Cf. infra *Num.* (XXII.)

bica non videtur integrum ac separatum librum potuisse complere, tantummodo pars fuisse ejus libri, quo res sub Imperatoribus ab Augusto usque ad Trajanum gestæ continebantur, de quo deinceps, num. (XXII.) dicitur.

(XVII-XXI) Ἐπὶ δὲ τούτοις εἰσὶν οἱ ἐπιγραφόμενοι Ῥωμαϊκῶν Ἐμφυλίων πέντε. Hos sequuntur quinque Libri, qui de Romanorum Bellis Civilibus inscribuntur. Hos libros in totius operis compage proxime post *Mithridaticam* historiam fuisse ab Auctore collocatos supra vidimus γ); quo eodem loco & PHOTIUS eos posuit. Sed nescio, quo casu, quove consilio, novem Civilium Bellorum libros idem numeret Literatissimus Scriptor. ζ) Neque enim plures umquam, quam quinque hujus argumenti libros ab APPIANO editos esse censendum est. Certe qui hodie, cum in Manuscriptis Codicibus, tum in impressis exemplaribus, quartus numeratur, eum ab ipso etiam Auctore (in ipso libri exordio) quartum appellatum videmus. Qui autem quintus habetur, is idem est ille, qui tam a PHOTIO, quam ab ipso APPIANO postremus ponitur. Nam sicut ultimum librum de *Bellis Civilibus* eum numerat PHOTIUS, qui & mutuum Augusti atque

x) Quam enim Pompejus in eandem Nabathæam vel Petræam Arabiam, quæ a Trajano subjugata est, jam olim susceperat expeditionem, quam APPIANUS etiam tangit, (*Mithridat.* p. 244. B. & PLUTARCHUS in *Pompejo* p. 64c. D.) ea non nisi ad terrorem nominis Romani Arabibus incutiendum suscepta erat. Atque si de ea in hoc *Arabico Libro* copiosius fuisset dicturus APPIANUS, sine dubio ad illum librum eo loco lectores suos ablegasset.

y) Vid. Num. (XV.)

z) Libros APPIANI de *Bellis Ci-*

vilibus numquam ipse vidisse videtur PHOTIUS. Cum autem tribus voluminibus comprehensum fuisse totum APPIANI opus cognoverit, primoque volumine novem libros contineri viderit, forte putavit, *Civilium Bellorum* libros, qui aliud volumen ejusdem fere molis completerent, non pauciores esse numero posse. Neque enim suspicari licet, illum numerum ex aliquo Exemplari retulisse PHOTIUM, in quo omnis APPIANI de *Civilibus Bellis* historia re ipsa in IX libros fuerit distributa. Nam quum liber ille, qui bellum Octaviani cum Antonio exponit,

Antonii bellum exposuerit, & qui in succinctam devictæ per Augustum Ægypti historiam desierit; sic initio *quinti* libri quo illud ipsum Octaviani atque Antonii bellum exponitur, declarat Auctor, eodem libro etiam *de Ægypto* agi *aa)*; eundem autem esse *ultimum* de *Civilibus Bellis* librum, in *Proæmio* (p. IX. B.) itidem diserte docuerat. Ex his autem jam modo dictis simul illud colligitur, *Ægyptiacam historiam*, ad quam aliis etiam in locis provocat Auctor noster ****), non peculiari libro fuisse comprehensam, neque aliam intelligendam esse, quam eam, quæ *Librum quintum de Civilibus Bellis* claudebat.

(XXII) Ὁ δὲ ἐφεξῆς κβ' ἐπιγράφεται Ἐκατονταετία. ὁμῶς λόγοι κβ'. Qui sequitur *vicesimus secundus Liber*, inscribitur *centum annorum spatium*, vel *centum annorum historia*. *Omnes simul viginti duo libri*. Eandem libri inscriptionem PHOTIUS refert, qui etiam cum *Anonymo* nostro proxime post libros *de civilibus bellis* Ἐκατονταετίαν hancce collocat. *bb)* Et quamquam *novem* libros *de civilibus bellis* idem numeraverit PHOTIUS; tamen apud eundem *secularis* hæc *Historia* similiter *vicesimus secundus liber* numeratur; nimirum quo-

qui hodie *quintus* idemque *ultimus* numeratur, ex ipsius etiam PHOTII ratione postremus fuerit, atque etiam in *quarto* Libro numerando ipse Auctor cum distributione vulgo recepta consentiat; nulla omnino partium fuerat proportio, si antecedentes tres libri in septem fuissent discissi.

aa) Locus ille initio Libri V. *Civil.* p. 671. A. paulo corruptior hæc legitur in impressis: ὁ δὲ ἔρως ἔδε αὐτοῖς τε ἐκείνοις ἐς ἔσχατον ἔληξε κακοῦ, καὶ ἘΣ ὉΛΗΝ ἈΙΓΥΠΤΟΝ ἐπ' ἐκείνοις. ὅθεν ἄν τι καὶ ἈΙΓΥΠΤΟΣ εἴη τῆςδε τῆς βίβλου μέρος. *Pro*

Ἀιγυπτίος ex Codice *Augustano* reponendum est *Ἀιγύπτιον*. In eodem Codice præpositio ἐς ante ἔσχατον omissa est, male: sed nimirum alterum illud ἐς ante ὅλην *Ἀιγυπτίον* omitti debuerat; ac pro ὅλην *Ἀιγυπτίον* scribendum fuerat ὅλη *Ἀιγυπτίω*. *Hic vero amor* ἔς illis *ipsis*, scil. Antonio ac Cleopatra, ἔς toti præterea *Ægypto* perniciem attulit. Quare etiam *Ægyptiaca* nonnulla idem hic liber continebit.

****) Vide *Mithridat.* p. 251. A. & *de Bellis Civil.* Lib. II. p. 484. C. *bb)* Interponendam autem hoc

niam is omisso *Illyrico*, & in finem operis rejecto *Arabico*, *Achaicum* cum *Jonico*, itemque *Parthicum* cum *Syriaco*, in unum conjunxerat. De argumento autem hujus, de quo nunc quærimus, Libri, quod quidem ex inscriptione non facile apparet, nihil plane referunt neque PHOTIUS, neque *Anonymus* noster. Apud ipsum APPIANUM, in eis libris, qui hodie exstant, illam libri inscriptionem, nullibi memini commemoratam. Argumentum autem *ultimi* universæ historiæ suæ libri, his verbis declaravit Auctor: cc) *Postremus autem liber* (qui res continet post devictam ab Augusto Ægyptum gestas) *copias quoque quantas alant Romani, & quos redditus ex quaque provincia capiant, quidve in custodias navales quarundam provinciarum amplius quam eis ex iisdem provinciis reddit dd), impendant, & ejusdem generis alia, declarabit.* De eodem libro intelligenda videntur ea, quæ sub finem *Illyrici* libri in hanc sententiam dicit Auctor: *Quæcunque* (in *Illyrico*) *ante subactam Ægyptum sub libera Republica gesta sunt, ea separatim exposita sunt.* Quas autem (hujus tractus) *gentes post illud tempus Cæsares aut in obsequio confirmarunt, aut primum subegerunt, de his tamquam propriis ipsorum factis, post communes res dicetur, ee) ubi etiam de Mœsis plura dicam.* Quare mihi quidem omnia, quæ sub Imperatoribus inde ab Augusto ad sua fere tempora gesta sunt, simul cum descriptione formæ, status, virium atque reddituum Imperii Romani, uno eodemque ultimo Libro complexus esse videtur APPIANUS. Nam quod hoc loco promittit, se de Imperatorum factis relaturum esse, id fere non nisi postremo libro fieri poterat; atque librum eum, qui

loco fuisse *Parthicam* historiam, supra declaratum est, N. (XIII.)

cc) *Prefat.* p. IX. C.

dd) cf. *Prefat.* p. IV. D.

ee) Vid. supra Not. w. ad (N. XV.)

ff) Nam in Flavii Vespasiani Historia ad hunc *viceſimum secundum Appiani librum* provocat ZONARAS *Annal.* L. XI. p. 575. Edit. Paris. ubi, cum de Josephi

qui de rebus ab Imperatoribus gestis agebat, *vicesimum secundum* fuisse numeratum, ex ZONARÆ etiam *Annalibus* apparet. ff) Ac quum, quæ libera Republica in Illyria & in Mœsia gesta sunt, ea *separatim*, ἐφ' ἐαυτῶν, (scil. singulari illa scriptione *de rebus Illyricis*) a se narrata esse dicat APPIANUS; tum vero hoc ipso simul declarare videtur, se ea, quæ Monarchiæ tempore gesta sunt, alia quadam ratione esse tractaturam; nimirum, ut res omnes sub Imperatoribus per univcrsum imperium gestas uno eodemque libro conjunctas complecteretur.

Ex hoc autem libro a nonnullis librariis dein partes aliquæ singulares decerptæ esse videntur, ut ejusdem libri pars aliqua fuisse videatur *Arabica* illa historia, quæ in quibusdam exemplaribus seorsim excerpta exhibebatur gg); itidem *Dacica* historia, quam PHOTIUS tamquam peculiarem librum, numero *vicesimum tertium*, refert, quam eandem *Anonymus* ille, cujus monitum *de selectis APPIANI libris* in impressis etiam exemplaribus exstat, his verbis commemorat: τὰ Δακικὰ, οἷς ὁ Τραϊανὸς ἐλαμπερῶνατο. Denique & τὰ Ἰσδαϊκὰ, quæ idem ille *Anonymus* ex APPIANI operibus a se excerpta fuisse profitetur, eodem *postremo universæ historiæ Romanæ libro* comprehensa fuisse videntur.

De Inscriptione autem hujus libri, quam ex *Anonymo* nostro atque PHOTIO retulimus, (quam FABRICIUS hh) non male his verbis interpretatur, *de primis centum annis sub Cesarum imperio exactis*,) dubitari potest, an ipsum APPIANUM habeat auctorem; siquidem historia postremo illo libro comprehensa, a subacta per Octavianum Ægypto usque ad

calliditate dixisset, oraculum divinarum Scripturarum ad Vespasianum referentis, eique imperium vaticinantis, ita pergit ZONARAS: Τούτου δὲ χρησμοῦ μέμνηται καὶ Ἀππιανὸς ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ λόγῳ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς.

gg) Conf. supra N. (XVI.)

hh) FABRICIUS *Bibl. Græc.* Tom. III. p. 394.

D

mortem Trajani, aut etiam Adriani, non centum solum, sed ad minimum *quinquaginta ultra centum*, annorum spatium complecti debebat. Nisi forte sic statuere malimus: APPIANUM primo omnem suam historiam non ultra Vespasiano- rum fere aut Domitiani tempora perductam edidisse, eaque de causa postremum operis ejus librum, qui post devictam ab Augusto Cæsare Ægyptum centum incirca annorum complectebatur historiam, Ἐκατόνταεσίαν inscripsisse; tum vero operi ad finem perducto separatos libellos de *Dacicis*, itemque de *Arabicis* rebus, ab Adriano gestis, adjecisse.

SECTIO QUARTA.

Testimonia de APPIANO, atque ex ejus opere Excerpta apud alios scriptores.

Quamquam non nimis frequenter citatam APPIANI Romanam historiam ab aliis, vel antiquioribus, vel mediis quod vocamus ævi, scriptoribus reperio; minime tamen in obscuro eandem omnino latuisse, varia quæ de APPIANO apud alios Auctores nobis *Testimonia* occurrunt, aut quæ ex operibus

Seçt. IV. a) Ad vocem Κασίαξ dicit: τὰ ἔθνη τὸν Κασίακαϊός — — — ἢ Ἀππιανός φησι. Locus APPIANI est *Iberic. p. 272. C. & E.* Tum voce Δάλμιον. — — — Ἀππιανός δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ. (*Illyr. p. 761. Column. b. lit. C. & Edit. HOESCHELII p. 6. media.*) Denique ad vocem Ἀστραπαῖσι numerum etiam libri adponit: Ἀστραπαῖσι, Λιβύης ἔθνος, Ἀππιανός ἔκλιω. Est *Ibericus liber*, (quem etiam *Seçt. præced. Sextum* numeravimus) *p. 273.* Sed per incogitantiam Astapæos istos in Libya posuit Geogra-

phus, vel ejus Epitomator, quos Carthaginienfibus quidem subiectos, sed Hispaniam incolentes, fecerat APPIANUS.

b) Integrum EVAGRII locum adponere, non erit a nostro instituto alienum. Is igitur *Histor. Eccles. Lib. V. cap. ult. (Scriptorum Histor. Eccles. Edit. READING. T. III. p. 450.)* ita scribit: Αἱ δὲ κατὰ Ῥωμαίους πράξεις, πᾶσαν κοσμηκὴν ἱστορίαν ἐν αὐτοῖς περιλαμβάνουσαι, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο γέγονεν, εἴτ' ἐς ἑαυτοὺς διακρουμένων, εἴτε καὶ καθ' ἑτέρων πραξιόγων, πεπρόνηται ΔΙΟΝΥ-

ejusdem *Excerpta* supersunt, demonstrant. Quorum quidem plura jam in superioribus, aliud agentes, commemoravimus; sed ea nunc conjunctim oculis lectorum subjicere non erit ab hoc loco alienum.

I. Primus igitur, quoad quidem adhuc nobis comper- tum est, qui APPIANI mentionem faciat, STEPHANUS BYZANTINUS est, qui exeunte seculo Vto post C. N. scripsisse putatur. In cujus auctoris *Lexico Geographico* plura forte ex APPIANO excerpta legeremus, si opus illud integrum ad nostram pervenisset ætatem. Nunc apud *Epitomatores* STEPHANI ter citatum Scriptorem nostrum, ac brevissimis id quidem verbis, reperi. a)

II. Alter ex Scriptoribus paulo antiquioribus, qui APPIANUM nostrum laudet, EVAGRIUS est, cui *Scholastici* cognomen fuit, historiæ Ecclesiasticæ sexto post Christum natum seculo scriptor; qui brevem exhibens Scriptorum historiæ Romanæ notitiam secundum temporum seriem, quorum historiam illi perscripserunt: APPIANUS, inquit, *res Romanas in certas velut classes apta ac dilucida ratione distinxit, & unumquodque historiarum genus, temporibus licet disjunctum, unum in librum collegit.* b)

ΣΙΩ, μὲν τῷ ἈΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΙ, ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀβοργίνων τὴν ἰστορίαν ἐκτύσσει μέχρι τοῦ Ἡπειρώτου Πύργου. ἔξ ἐκείνου δὲ ΠΟΛΥΒΙΩ, τῷ Μεγαλοπολίτῃ, καὶ ἀγαγόντι ἕως τῆς Καρχηδόνος ἀλώσεως. Ἄπειρ ἈΠΙΑΝΟΣ (sic h. l. simplici litera Π scriptum APPIANI nomen legitur, cf. supra Sect. I. not. b.) εὐκρινῶς διέτεμεν, ἐκάστην πρᾶξιν εἰς ἓν ἀγείρας, εἰ καὶ κατὰ διαφόρους γέγονε χρόνους. Καὶ τὰ μετ' ἐκείνου ἀσχύτως εἰργασμένα ΔΙΟΔΩΡΩ, τε τῷ ΣΙΚΕΛΙΩΤῃ, πεποιήσαι, (lege πεπόνησαι, ut supra, elaborata, perscripta sunt) τὰ μέ-

χρις Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ ΔΙΩΝΙ τῷ ΚΑΣΣΙΩ, γράψαι μέχρις Ἀντωνίου τοῦ ἐξ Ἐμέσης. (id est, usque ad Heliogabalum.) Ἐκθεμένου δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ, τὰ μέχρι τῆς Μαξίμου τελευτῆς δηλοῦται. κ. τ. λ. Ex quo apparet, falli FABRICIUM, cum *Punicum* APPIANI librum ab EVAGRIO, *Hist. Eccles.* Lib. V. cap. ult. laudari monet; (*Bibl. Græc.* T. III. p. 394.) quippe de quo APPIANI Libro ne ulla quidem mentio hoc loco injicitur. Sed illud ex eodem loco conjicere licet, quod de aliis itidem nonnul-

D 2

III. Sequitur nono seculo, quem passim jam allegavi-
mus, PHOTIUS, qui in instructissima sua illa *Bibliotheca*,
Codice LVII. postquam Catalogum librorum, quibus conti-
nebatur universum APPIANI opus, recensuit, brevem pri-
mi libri Epitomen exhibet, tum vero de ipso Auctore ejusque
opere tale judicium adnectit: c) *In dictione simplex est (AP-
PIANUS) atque pressus, & ab omni fastu affectationeque alie-
nus, d) in ipsa rerum historia, quantum fieri poterat, e) ve-
ritatis studiosissimus, in explicandis bellicis artibus, de qui-
bus in historiae cursu dicendum erat, si quis alius, accuratus;
fractos militum animos oratione erigendi, ardentioresque miti-
gandi, affectus denique omnes, & quidquid aliud oratione
imitari effingereque licet, exprimendi, in primis peritus.* Quas
quidem cum stili, tum vero & fidei historicae, ceterasque lau-
des verissime esse Scriptori nostro a PHOTIO tributas, (quid-
quid contra dicant multi, qui sive vix a limine salutasse AP-
PIANI scripta videntur, sive qui vel apertissima librariorum

lis Scriptoribus mox videbimus, non nisi novem priores APPIANI libros EVAGRIO fuisse cognitos; siquidem, a *Diodoro Siculo*, ait, historiam Romanam ultra ea tempora, quae *Dionysius*, quae *Polybius* atque etiam APPIANUS persecuti sunt, usque ad *Julium Caesarem* fuisse deductam; cum satis quidem constet, res Romanas non solum usque ad eundem Caesarem, sed etiam ultra, ab APPIANO fuisse pertractatas.

c) PHOTIUS *Biblioth.* pag. 24. edit. DAV. HOESCHELII: ἔστι δὲ τὴν Φράσιν ἀπέριτος καὶ ἰσχνός· τὴν δὲ ἱστορίαν, ὡς οἶόντ' ἐστὶ, Φιλαλήθης· καὶ στρατηγικῶν διὰ τῆς ἱστορίας μεθό-
δων, εἴ τις ἄλλος, ὑποφύτης. ἐπάσαι δὲ λόγοις τεταπεινωμένον φρόνημα στρατοῦ,

καὶ διαπραῦναι φλεγμαῖνον καὶ πά-
θος δηλῶσαι, καὶ εἴτι ἄλλο λόγοις ἐκ-
μιμήσασθαι, ἀριστος.

d) Ea videtur vis esse verborum, τὴν Φράσιν ἀπέριτος καὶ ἰσχνός. HESYCHIUS: περιττοί· περίεργοι. & vicissim: περίεργον· περιττόν ἢ σφραβλόν· Idem, similiterque SUIDAS: Ἰσχυρομυθοῦντες· λεπτολογούνητες, ἀκριβο-
λογοῦντες.

e) Verba illa, ὡς οἶόντ' ἐστὶ, quo-
ad fieri potest, eo videntur va-
lere, ut, quum non nisi priores APPIANI libros legisset PHOTIUS, (cf. Sect. præc. not. 2.) in anti-
quiore parte historiae Romanae, in traditionum annaliumque repu-
gnanti sæpenumero, aut vero fa-
bulosa, incompleta, turbata de-
nique ratione, fieri plane non posse

sphalmata, aut Editorum negligentias, ipsi Auctori vitio vertere non erubuerunt;) nemo facile negaverit, qui sine præjudicata opinione, sine ira, ut recte præcipi solet, ac studio, denique qui cum aliquo iudicio, atque usu quodam discernendi, quid ab ipso Auctore profectum sit, quid librariorum debeatur socordix, ad legendum APPIANUM accesserit.

IV. Errore non carent quæ apud SUIDAM, voce ἈΠΠΙΑΝΟΣ leguntur; f) neque tamen ea ita jejuna aut turbata sunt, sicut prima specie esse videntur. Eorum autem hæc maxime est sententia: *APPIANUS, nomen proprium. APPIANUS hic Romanam conscripsit historiam, quæ Regia g) vocatur. Ac tres quidem primi APPIANI libri continent quæcunque Romani, Italicis nationibus bella facientes ac de imperio adhuc & principatu contendentes, gesserunt. Reliqua vero bella in Italia gesta, cum Gallis, puta, & Afris, horumque sive victorias, sive clades, & si qua forte Italiæ pars vel necessitate coacta, vel insidiis circumventa, vel inconstantia du-*

dicat, ut illius historiæ scriptor indubitata per omnia atque illibata veritatem tradiderit.

f) ἈΠΠΙΑΝΟΣ ὄνομα κύριον. οὗτος ὁ Ἀππιανὸς ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν, τὴν καλουμένην Βασιλικὴν. καὶ αἱ μὲν τρεῖς βιβλίοι Ἀππιανοῦ αἱ πρῶται περιλαμβάνουσιν ὅσα Ῥωμαίοις ἀγωνιζομένοις ἐς Ἰταλιώτας ἔτι περὶ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπράχθη. ὅσα δ' ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν ἄλλα Κελτοὶ τε καὶ Λίβυες ἔδρασαν τε καὶ ἔπαθον, καὶ εἴ τί που καὶ τῆς Ἰταλίας μέρος ἀνάγκαις, ἢ ἐνέδραις, ἢ πλάναις ἐς αὐτοὺς μέλει. ἐν τοῖς περὶ Κελτῶν καὶ Λιβύων συγγέγραπται δ' ἐφ' ἑαυτῶν ὅσα καὶ ἐς τὰς ἐμφυλίους Ῥωμαίων στάσεις ἢ Ἰταλία διηρεῖτο. ἔτι τοὺς πρὸς Κελτοὺς, τοὺς τε Γερμανοὺς, οἱ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον πάλαι ἐστίν, καὶ τοὺς Γαλάτας, τουτ-

ἐστὶ Γάλλους, πολέμους, καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν, ὅσαι τε συνθήκαι, καὶ συνθηκῶν παραβάσεις, ἢ ἐπαναστάσεις ἐγένοντο Κελτῶν, ἕως ἐπὶ τοῦ Γαίου, ἢ τελευτῆς βίβλος περιέχει συλλαβῆται. εἰ δὲ τί που Κελτοὶ μὴ κατὰ πρόφασιν αἰκείαν, ἀλλὰ συμμαχοῦντες Ἰταλῶν τισιν ἢ μισθοφοροῦντες, ἐπράξαν, ἐν τοῖς περὶ ἐκείνων συγγέγραπται, καὶ ὅσον εἰς γνώρισμα μόνον αὐτῶν μέμνηται Ἀππιανός. ἔγραψε δὲ Ῥωμαϊκοὺς λόγους ἐννέα. οἱ δὲ διὰ τοῦ ἐνὸς περὶ γράφουσιν ἈΠΠΙΑΝΟΣ.

g) De hoc errore, quo *Libri primi* inscriptio universo tribuitur APPIANI operi, aut novem saltem prioribus libris, qui nimirum primo volumine operum APPIANI continebantur, vide *Sect. III. not. a.*

D 3

ca, his sese adjunxit, ea in Celtica atque in Pœnorum historia h) exponuntur. Quæcunque vero in eadem Italia, cum civilibus Romanorum bellis ea discinderetur, gesta sunt, eorum itidem separatim descripta historia est. i) Quarto autem libro (qui nimirum Celticus est, & Gallorum bella in Italia gesta exponit,) etiam ea bella, quæ cum Celtis, Rheni accolis, id est Germanis k), & cum Galatis, id est Gallis (proprie dictis) gesta sunt, causæque eorum bellorum, fœdera que sancta, aut violata, defectiones denique, usque ad Cajum Cæsarem, enarrantur. Si quid autem Galli non suo nomine,

h) Annibalica intelligenda historia, qui est ex iis libris, quos *περὶ Λιβύων* scripsit APPIANUS.

i) Hujus loci sententiam pessime pervertit KÜSTERUS, cujus latinam SUIDÆ versionem non uno hoc loco pejorem quam ÆMILII PORTI, quam ille alibi feliciter emendavit, inveni. Ad verba illa: *συγγράμματα δ' ἐπ' ἐκείνων — — ἢ Ἰταλία διηρεῖτο*, locum hunc, inquit KÜSTERUS, nec integrum, nec emendatum satis puto, quem proinde sic legendum existimem: *Συγγράμματα δ' ἐπ' αὐτοῖς ὅσα [συνέβη, ὅταν] ταῖς ἐμφυλίαις Ῥωμαίων στάσεσιν ἢ Ἰταλία διηρεῖτο*. Ubi primum pessimo consilio illud ἐπ' ἐκείνων, quod notat *seorsim, separatim*, in ἐπ' αὐτοῖς, quod sonat, post illa, mutandum censuit sagacior alias Commentator. Satis enim perspicue hoc dicit SUIDAS: “Sicut ea
 „ quæ Galli, quæ Afri, in Italia
 „ gessere, non tribus illis libris,
 „ quibus priorum seculorum Ita-
 „ lica historia continebatur, sed
 „ separatis libris, descripta erant;
 „ sic ne ea quidem, quæ civilibus

„ Romanorum bellis in eadem Ita-
 „ lia gesta sunt, Italicis illis libris
 „ continentur; sed simili ratione
 „ etiam hæc *seorsim*, scilicet sepa-
 „ ratis libris *de Bellis Civilibus*,
 „ exposita sunt.” Quod autem ad
 reliquam KÜSTERI emendationem
 attinet, quam Græcis verbis adferre
 tentavit, ea non admodum opus
 esse, equidem existimarim. Nam
 satis bene Græce, ac non sine ele-
 gantia quadam, ὅσα καὶ ἐς τὰς ἐμ-
 φυλίους Ῥωμαίων στάσεις ἢ Ἰταλία
 διηρεῖτο, dici videtur, pro ὅσα —
 ἢ Ἰταλία διηρημένη ἔδρασε τε καὶ ἔπα-
 θε, quæ postrema verba ex proxi-
 me præcedentibus facile hoc loco
 intelliguntur. Ac nescio an cum
 hac locutione conferri quodammo-
 do possit illa, qua in eodem argu-
 mento usus est APPIANUS, ubi in
Præf. p. IX. A. scribit: Ὅσα δ' αὐ-
 τοῖς Ῥωμαῖσι πρὸς ἀλλήλους ἜΣΤΑ-
 ΣΙΑΣΑΝ. Quod si vel maxime ur-
 geatur, neque satis sanum neque in-
 tegrum esse istum SUIDÆ locum;
 videndum erit, an alia potius,
 quam quæ est a KÜSTERO tentata,
 medicina ille egeat, atque ex ipso

sed vel tamquam socii populorum quorundam Italicorum, vel mercede conducti, adversus Romanos gesserunt; illud in horum eorundem populorum historia expositum legitur; ita ut ibi Gallorum non, nisi quoad ad ejus rei notitiam opus est, mentionem faciat APPIANUS. Scripsit autem Rerum Romanarum libros novem l). Nonnulli APIANUS, per simplex tantum P, scribunt.

Apud eundem SUIDAM alia præterea existant Testimonia, eaque & copiosa satis & luculenta, e quibus apparet, studiose ejus ætate perlectam fuisse APPIANI Romanam Historiam.

hoc, quem modo dixi, APPIANI loco (ὍΣΑ δ' αὐτοὶ ῬΩΜΑΙΟΙ πρὸς ἀλλήλους ἐστρασιασάν τε καὶ ἐπολέμησαν ἘΜΦΥΛΙΑ, — — — ἘΣ τοὺς στρατηγούς τῶν ΣΤΑΣΕΩΝ ΔΙΗΡΗΤΑΙ) ductus ille locus depravatusque putandus sit. Sed sicut ego nihil hic temere mutandum puto, sic vix mihi dubio carere videtur, alia parte mancum esse hunc eundem, de quo quærimus, SUIDÆ locum; scilicet ut ante συγγράμμαι δ', exciderit verbum, quod præcedentem periodum claudebat. Neque ullus dubito, quin bis ab Auctore positum fuerit verbum συγγράμμαι; hoc modo: — — ἐν τοῖς περὶ Κελῶν καὶ Λιθύων συγγράμμαι. συγγράμμαι δ' ἐφ' ἑαυτῶν κ. τ. λ.

k) Hoc loco per errorem transposita videri possunt græca SUIDÆ verba, ut legendum putes: πρὸς Κελῶν, οἱ ἀμφοὶ τὸν Ῥῆνον πόλεμον εἰσιν, τοῖσι Γερμανοῖς. Nihil tamen mutarim. Conf. SUIDAS Art. Κελτοί. & DIO CASSIUS Lib. XXXIX. 49. & LIII. 12.

l) Non nisi novem priores APPIANI libros inspectos atque per-

lectos fuisse SUIDÆ, ex *Excerptis* ejus, de quibus jam jamque dicitur, colligitur; atque illos ipsos novem priores libros hoc loco dici, dubium esse vix potest. Putem tamen, ab alia manu hanc laciniam Auctori esse adsutam. Cum enim novem libros ipse SUIDAS perlegerit, atque præterea historiae *Civilium Bellorum*, ab eodem Auctore conscriptæ, jam modo mentionem fecerit; vix intelligi potest, quo pacto jam dicere potuerit, non nisi novem historiae Romanæ libros ab APPIANO editos esse: nisi forte illam *Civilium Bellorum* historiam pro peculiari plane opere, non solum separatis libris percripto, sed & seorsim a reliqua historia Romana edito, habuerit SUIDAS; in quo tamen disertum APPIANI testimonium, in *Præfatione* totius operis exhibitum, sibi adversum habebat. Conf. infra not. q.

m) Eorum *Fragmentorum Catalogum*, qui quidem, si quis ex professo eam rem agat, variis adhuc accessionibus poterit augeri,

Scilicet amplius septuaginta ex hoc APPIANI opere decerpta *Fragmenta*, commodis locis, eidem SUIDÆ *Lexico* inserta leguntur. *m)* Ac eorum haud pauca quidem ἀδέσποτα ibi sunt, nonnulla etiam alieni auctoris nomen adscriptum habent; sed eorum pleraque LUD. KÜSTERI diligentia APPIANO auctori asserta sunt, qui & librum atque sedem, ubi eorum quodque in ipso Auctoris opere legitur, indicavit; pars etiam vindicem adhuc suum requirit. *n)* Longe vero plurima pars illorum fragmentorum Auctoris quidem nomen, non autem librum, unde unumquodque decerptum est, adscriptum

exhibet LUDOV. KÜSTERUS ad SUIDAM ab ipso editum, *Tomo III, Indice II*, qui est: *Αυθόρων α SUIDA laudatorum*; & *Indice III*, qui est: *Locorum investigatorum, quæ absque nomine Auctoris in SUIDÆ Lexico citantur*.

n) Sic de Fragmento illo, quod ad vocem Δημοκοπία sine auctoris nomine adfertur: ὑπ' αὐτοῦ αἰροῦνται, ἐκ δόξης πολεμικῆς, Δεύκιον ἐκ δὲ δημοκοπίας, Τερέντιον. quod idem Fragmentum ad *V. Δοξοκοπία*, in fine ejus articuli, repetitum est; de eo igitur nihil adnotavit KÜSTERUS: est autem locus ex *Annibalica APPIANI Historia*, p. 323. C. decerptus. — Ad vocem Λιδάζω adlatum Fragmentum, ARRIANI nomen præfert, neque quidquam ibi adnotatum a KÜSTERO video; esse tamen idem non ex *Arriano* sed ex APPIANO decerptum, alio loco, ad vocem Ἐσσε, ipse Lexicographus monuerat. Atque curatius in hæc inquirenti patebit for-

tasse, alia nonnulla apud SUIDAM fragmenta, quæ *Arriani* aut etiam *Æliani* nomen hodie adscriptum habent, APPIANO nostro esse vindicanda; quemadmodum & illud, quod *V. Ὠσαλο* ÆLIANO in prioribus SUIDÆ Editionibus tribuebatur, nostro Scriptori ex *MSS. Paris.* jam vindicavit KÜSTERUS.

o) Sic quod voce Δοξοκοπία prius adfertur Fragmentum: (ὁ δὲ Φλαμίνιος τὴν ἀρχὴν ἀπὸ δοξοκοπίας ἤρμημένος, ἠπείγεται Ἀννίβη συμπλακῆναι.) APPIANI nomen præfixum habet; sed locus, ubi illud in Scriptoris nostri *Historia* legitur, præteriit KÜSTERUM. Est autem ex *Annibal.* p. 319. A. decerptum; qui quidem APPIANI locus, quem ex suo exemplari corruptum edidit HENR. STEPHANUS ex eodem hoc fragmento a SUIDA conservato (quamquam nec apud ipsum SUIDAM mendo caret, cum ibi ante τὴν ἀρχὴν præpositio ἐς exciderit) corrigi poterat atque debebat. Non solum enim Accusativus ἀρχὴν, ad

scriptum habent: quorum fragmentorum sedes in APPIANI historia, si modo sunt e libris ad nostram ætatem conservatis desumpta, ad eorum pleraque idem adnotavit diligentissimus SUIDÆ Editor; ita tamen, ut nec in his aliorum industriæ nihil supplendum reliquerit. o) Quæ vero in libris, quos hodie in manibus habemus, non inveniuntur, ea quosnam sint ad libros referenda, in bene multis haud obscure intelligitur. p) Quorumcunque autem ex hisce SUIDÆ Lexico insertis fragmentis certæ, quas apud primum Auctorem suum occupant, sedes adhuc inventæ sunt, ea cuncta ex novem priorum APPIANI librorum aliquo desumpta sunt: ex

sensum necessarius, e SUIDA in contextum APPIANI recipiendus erat, quod STEPHANUS in *Annotationibus* jam monuit; sed etiam pro *δοξοκομίας*, quod & ceteroquin sublestæ fidei nomen est, & nullibi alias apud Scriptorem nostrum occurrit, omnino *δοξοκομίας* (quo probato vocabulo etiam alibi uti solet Auctor noster) ex eodem SUIDA in APPIANI exemplaribus fuit reponendum. — Aliud Fragmentum APPIANI quod V. Σύφαξ apud SUIDAM legitur, cujus sedem itidem non adnotavit KÜSTERUS, est ex *Libyca Historia* p. 9. D. E. — Quod V. Συνήδομαι citatur, id ex *Macedonico APPIANI* libro est, atque exstat in copiosioribus illis ex APPIANI *Historia Excerptis*, a FULVIO URSINO editis, N. XXVII. p. 369.

p) Sic, ut hoc utar, Fragmentum illud, quod voce *Λιθάξω* falso ARRIANO tribui supra notavimus, (not. n.) esse ex APPIANI *Libro I.* seu de *Regibus*, & agere de histo-

ria illa, quam LIVIUS Lib. I. cap. XI. refert, facile patet. — Illud V. Βλασφημῶ· οἱ δὲ ἐβλασφημοῦν αὐτὸν, ὡς κακῶς ἐπὶ τρισὶν ἀνδράσι τὰ πάντα θεμενον, vix dubium esse potest, quin ex eodem *Regio* depromptum, & ad Horatorum cum Curiatis tergeminum certamen sit referendum; de quo LIVIUS I. 25. *Confederant utrimque, inquit, pro castris duo exercitus, periculi magis præsentis, quam curæ, expertes: quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute ac fortuna positum* &c. Quæ V. Πίμπραλοι, itemque V. Ἀλλαξάμενος de Marcio (Coriolano) ad Volscos transeunte inferuntur, ex *secundo APPIANI* libro s. *Italico* esse, perspicuum est. — Fragmentum ad V. Λιθαίμει, de cujus Argumento vide LIVIUM VII. 26. ex *Celtico* esse libro, per se patet; eodemque pertinere illud, quod est de *Britannis* V. Παρορκῆσαι, ex iis intelligitur, quæ de *Celtico* libro Sect. III.

E

quo satis probabili ratione colligitur, reliqua etiam, quæ quidem pauca sunt, ex horum eorundem numero librorum esse depromta.

V. Inter *Testimonia* de APPIANO utique etiam numerari merentur *Excerpta* illa, vel *Collectanea*, quæ decimo post C. N. seculo, Imperatoris CONSTANTINI PORPHYROGENNETI jussu, sicut ex aliis præclarissimis Romanæ Historiæ scriptoribus, ex *Polybio*, ex *Nicolao Damasceno*, ex *Dionysio Halicarnassensi*, *Dione Cassio* aliisque, sic etiam ex APPIANI nostri *Romana Historia* congesta sunt. *) Quorum *Excerptorum* ea, quæ *Περὶ Πρεσβειῶν*, de *Legationibus*, ex ipsius argumenti ratione, in quo versantur, inscripta sunt, & a JOHANNE quodam *Constantinopolitano* collecta, cum *Polybii* aliorumque fragmentis publici juris fecit atque *Notis* illustravit FULVIUS URSINUS, *Antwerpiæ*, MDLXXXII. Quæ sub titulo *de Virtutibus ac Vitiis* in ampla illa literatissimi Imperatoris collectione continebantur, ea ex Codice

num. (IV.) dicta sunt. — Sed jam mitto reliqua; ad idem argumentum alio forte tempore rediturus.

*) De totius illius Collectionis ratione vide *Ἐπιτομὴ τοῦ περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας βιβλίου πρώτου*, apud VALESIUM p. 2. & 5. Conf. FABRICIUS in *Biblioth. Græc.* Lib. V. cap. V. Tom. VI. p. 490. sqq. & p. 230.

q) Sic certe VALESIUS, in *Præfatione*, Editioni suæ *Excerptorum de Virtutibus ac Vitiis* præmissa, non dubitavit pronunciare, ex *Constantini Excerptis* SUIDAM fragmenta *Polybii*, APPIANI, aliorumque in *Lexicon* suum conjecisse. Itidemque KÜSTERUS, in *Notis ad SUIDAM*, nonnunquam, ubi fragmentum aliquod APPIANI

a SUIDA allatum in *Excerptis* illis *Constantini* legi monet, (verbi causa, ad vocem *Ἐπιμύθης*, ad vocem *Μάρκος Μάλλιος*) simul expressis verbis addit: *ex iisdem Excerptis eum locum a Suida esse descriptum*. Cui quidem sententiæ illud non potest opponi, quod pleraque fragmenta a SUIDA allata in illis *Collectaneis* hodie frustra quaerantur. Notum est enim, ex *quinquaginta tribus Titulis* vel *Locis communibus*, per quos universa illa *Constantini Collectanea* distributa erant, nonnisi *duos illos Titulos*, quorum alter ab *Ursino*, alter a *Valesio* est editus, ad hunc diem esse repositos. At vero SUIDAM quod attinet, in *Præfatione* ad ejus *Lexicon* ostendit KÜSTE-

Peiresciano, cum *Polybii* aliorumque *Excerptis*, græce edit, latine vertit, Notisque illustravit HENR. VALESIUS, *Paris* MDCXXXIV. Utroque autem horum locorum, quemadmodum & apud SUIDAM, non nisi ex *novem prioribus APPIANI libris*, quos nimirum solos instructissima Imperatoris Bibliotheca possidebat, *Excerpta* exhibentur; & in his illud commodius, quam apud eundem SUIDAM, factum est, quod in margine utriusque codicis, ex quibus hæc edita *Excerpta* sunt, tituli librorum ubique adscripti fuerint, unde illa desumpta erant. Atque hæc quidem *Constantini Porphyrogeneti Excerpta*, ex temporum ratione fortasse ante illa sive testimonia sive fragmenta nominanda fuerant, quæ apud SUIDAM legi paulo ante monuimus: siquidem non solum ipsius illius Imperatoris ætate, aut etiam postea, vixisse vulgo ab eruditis creditur SUIDAS, sed etiam APPIANI illa fragmenta, lexico suo inserta, ex ipsis his *Constantini Collectaneis* descripsisse a nonnullis perhibetur. q)

RUS, lubrico quodammodo fundamento niti illam rationem, ex qua vel *Constantini Porphyrogeneti* ætate, vel post eam, vixisse creditur SUIDAS. Tum vero qui tot Græcos Auctores, cum poëticos, tum profaicos, studiose perlegit excerpfitque Grammaticus atque Lexicographus, nescio, cur in nobilissimis Romanæ historiæ scriptoribus *Collectaneorum* quorundam rivum potius, quam ipsos fontes, secutus esse, nisi id firmis rationibus demonstratum fuerit, putandus sit. Quamquam, si modo quæ SUIDAS voce Ἀππιανός habet, omnia ab ejus manu sunt, in quibus non solum erronea quædam, sed etiam pugnancia inter se, posita esse supra (not. l. ad h. Sect.) monui-

mus, minime equidem diffiteor, facilius id quo pacto evenerit intelligi posse, si APPIANI *Romanam Historiam* nonnisi ex *Excerptis* his cognitam SUIDÆ fuisse statuamus. Denique curatius mihi hanc totam quæstionem consideranti, duo illa SUIDÆ peccata, quod cum universam APPIANI *historiam* Βασιλικὴν adpellatam fuisse scribit, tum vero nonnisi *novem* Romanæ hujus *Historiæ libros* numerat, videntur revera ejus hominis esse, qui nec *Prefationem* APPIANI, universæ ejusdem operi præfixam, umquam viderit, & qui totam hujus *Scriptoris historiam* nonnisi ex his ipsis *CONSTANTINI Excerptis* cognitam habuerit. Conf. supra *Sect. III.* not. a. Sed ubi nobis vacaverit

VI. ZONARÆ de Scriptore nostro testimonium, quo quidem non nisi in transcurfu *Librum vicesimum secundum Historiæ Romanæ APPIANI* laudatur, supra jam a nobis relatatum est. r)

VII. Sequuntur duo illi incertæ ætatis ANONYMI, quorum testimonia de Scriptoris nostri Historia Romana in *Manuscriptis APPIANI Codicibus* exstare monuimus. s) Ae eorum alter quidem, qui selectos Auctoris nostri libros duobus voluminibus olim complexus est, profitetur, "se, neglectis eis APPIANI libris, qui res Romanorum antiquiores, itemque qui res sub Imperatoribus gestas exponebant, (quarum quippe illæ uberius a DIONYSIO HALICARNASSENSI, hæ a CASSIO DIONE perscriptæ essent) ex APPIANI *Historia* eos potissimum libros, qui *res Romanorum externas ac variarum Provinciarum historiam* persequerentur, selegisse, iisque *Proæmium* Auctoris præmisisse." t)

Alterius *Anonymi* auctoris testimonium, quo librorum omnium quibus constabat APPIANI *Historia Romana*, *Index*

curatius aliquod *Fragmentorum* omnium APPIANI, quæ apud SUIDAM reperiuntur, examen instituere; tum demum fortasse certius quiddam de hac quæstione pronunciare nobis licebit. Interim, si fragmentum illud de Trajano, quod V. Ναῖς ARRIANO tribuitur apud SUIDAM, APPIANO potius nostro vindicandum sit; (quod non sine quadam veri specie contendit ipse KÜSTERUS, probante TOUPIO *Emend. ad Suidam Parte II. p. 165.*) jam rursus inde hoc colligetur, non ex solis CONSTANTINI *Excerptis* APPIANEA sua *Fragmenta* hausisse SUIDAM.

r) Vide *Seçt. III. not. ff.*

s) Vide *Seçt. III. not. d.*

t) Ejus hac de re Admonitio legitur in Editione HENR. STEPHANI post *Præfationem* Auctoris, pag. X. in *Tollii* autem Edit. in fine libri, p. 1228. his verbis: Το προίμιον μόνον τῆς Ἰταλικῆς τοῦ Ἀππιανοῦ Ἱστορίας τῇ παρουσίᾳ ἀνέταξα δέλτω. — — Δεῖ μέντοι τὴν μὲν ἀρχαιολογίαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου λαμβάνειν. — — τὰ δὲ μετὰ τοὺς μονάρχους, ἐκ τοῦ Δίωνος. τὰς δὲ κατὰ ἔθνος πράξεις, ἐκ τοῦ παρόντος ἈΠΠΙΑΝΟΥ. ἀφ' οὗ ἀναλεξάμενος ἔγωγε τῶν μὲν Ἐμφυλίων τὰ τοῦ Ἀυγούστου καὶ Ἀλιωνίου, καὶ ἐξῆς τούτοις τὰ Ῥωμαίοις πρὸς Αἰγυπτίους ἄχρι Κλεοπάτρας γένομενα ἔτι δὲ τὰ Ἰουδαϊκὰ, καὶ τὰ Ποινικὰ, καὶ τὰ Δακικὰ, οἷς ὁ Τραϊανὸς ἐλαμπρύνετο, τὰ

continetur, *u*) sectione præcedenti, distinctis quidem particulis, integrum exhibitum est, exceptis postremis verbis, quibus declaratur, in eo volumine, cujus fronti Elenchus ille præfixus erat, non nisi novem priores APPIANI libros fuisse comprehensos. *x*)

VIII. Ultimus ex Græcis scriptoribus, quem testem quodammodo de APPIANO nostro invocare possumus, GEORGIUS ille GEMISTUS sive PLETHO est, in philosophica historia ut Platonice Philosophiæ restaurator quidam acrisque defensor celebratus; qui paulo ante ea tempora, quo in Italia etiam innotescere cœpit APPIANI *Romana Historia*, scilicet post seculi decimi quinti initium, omni scientiarum genere claruit. Is igitur PLETHO, sicut ex *Diodoro Siculo* atque *Plutarcho* Excerpta de gestis Græcorum post pugnam ad Mantineam; ex eodem *Diodoro*, de Assyriorum ac Medorum regno; ex *Dionysio Halicarnasseo* aliisque alia Excerpta confecit: *y*) sic etiam ex APPIANI nostri *Syriaca Historia* amplum admodum *Excerptum* reliquit. *z*)

τε Ἰβηρικὰ, καὶ τὰ Ἀντιβαϊκὰ, τὰ τε Καρχηδονικὰ, καὶ τὰ Σικελικὰ, καὶ πρὸς τούτοις τὰ Μακεδονικὰ, καὶ τὰ Ἑλληνικὰ. καὶ, πολλῶν καὶ ἄλλων ὄντων, τούτοις ἀρκεσθεὶς, ἐν δυσὶν αὐτὰ συνέδηκα τεύχεσιν.

u) Vid. *Sect.* III. pag. 13. ibidemque nota *d*.

x) Ὁμοῦ λόγοι κβ'. ἐξ ὧν ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ εἰσὶν θ' ἄνθρωποι. Quæ verba non minus in *Florentino* Codice, quam in *Augustano*, leguntur.

y) De quibus vide FABRICIUM in *Bibl. Græc.* Tom. X. p. 741. num. 1. & p. 744. num. 8.

z) EX APPIANI *Syriacis Excerptum* PLETHONIS de *Macedonibus Syria Regibus* exstare inter

Codices MSS. Bibliothecæ *Cæsareæ Vindobonensis*, jam ex ejus Bibliothecæ Catalogo adnotaverat FABRICIUS, loco paulo admodum ante citato, p. 744. not. *f*. Cujus *Excerpti* planiorem notitiam nobiscum communicasse, atque etiam ex duobus *Cæsareis* Codicibus enotatas sua opera manumque varias *Lectio*nes, pro sua humanitate atque singulari Græcas literas juvandi studio, ad nos transmisisse Virum Generosiss. ALOYS. EMERICUM A LOCELLA, jam supra in *Epistola ad Lectorem* ostendimus. Est autem in utroque eorum Codicum *Excerpti* illius Inscriptio hujusmodi: Πλήθωνος ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ ἱστοριῶν περὶ τῶν κατὰ Συρίαν Μακεδο-

SECTIO V.

Recensentur Libri ex universa APPIANI Historia Romana hodie superstites.

De universo APPIANI opere, cujus singulos libros (*Sectione III.*) recensuimus, de quo eodem (*Sectione proxime præcedente*) varia Veterum Testimonia, quoad ea quidem adhuc ad nostram pervenere notitiam, collecta dedimus, dimidia fere pars injuria temporum perit: a) ad nostram ætatem, præter *Fragmenta* ea, aut *Excerpta*, de quibus proxime diximus, b) non nisi *undecim libri*, qui quidem vere APPIANI sint, cum unius libri *Epitome*, pervenerunt. Et EPITOME quidem, quam dixi, CELTICI est LIBRI, *sive Historiæ Romano-Gallicæ*, ab incerto auctore, eadem fere ratione qua latinæ LIVII librorum *Epitomæ*, brevissime contracta. Reliqui autem Libri, qui, sive omni ex parte, sive majori saltem, integri ad nos pervenerunt, hi sunt: Liber *Ibericus, Annibalicus, Punicus, Illyricus, Syriacus, Mithridaticus*, denique *de Bellis Civilibus Libri V.* Quorum Librorum ut paulo uberiores aliquam notitiam cum Lectoribus nostris hoc loco communicemus, instituti nostri ratio postulare videtur.

I. Est ergo primo *Liber IBERICUS s. HISPANICUS*, id est, *de rebus Romanorum in Hispania gestis*. Is in duas quasi partes distributus, primum ea, quæ cum Carthaginensibus in Hispania gessere Romani; tum, quæ cum ipsis Hispanis, sive Iberis sive Celtiberis, exponit: c) ut uno hoc

νικῶν Βασιλέων. De ista scribendi nominis ratione per simplex π conf. supra *Seçf. I.* not. b.

Seçf. V. a) Non enim ex iis solum APPIANI Libris, qui consulto a quibusdam (quemadmodum ab *Anonymo* illo, qui selectos edide-

rat Scriptoris nostri libros) neglecti videri possunt, perierunt haud pauci; sed etiam horum ipsorum, quos præ ceteris conservare idem ille selectorum Librorum Editor studuerat, major pars intercidit.

b) Vide *Seçf. IV.* num. IV. & V.

libro omnis Hispanica historia, inde a prima Amilcaris Barcæ, Carthaginienſis, qui pater Annibalis erat, in eam regionem facta irruptione, uſque ad Hispaniam in Romanæ provinciæ formam redactam, continua ferie perſcripta ſit. Quæ ab eo tempore uſque ad Cæſarem Auguſtum geſta ſunt, non niſi levi ſtilo percurruntur; nam de Sertorianis turbis, quod civile potius bellum quam cum Hispanis erat, ſimiliterque de J. Cæſaris Hispanico bello, commodiori loco copioſius dictum eſt; d) quæ autem ab Auguſto in Hispania ſunt adminiſtrata, ea ſine dubio in deperdito libro, quibus res geſtæ Cæſarum continebantur, pertractavit APPIANUS.

II. *Historia ANNIBALICA*; quo libro expeditio ab Annibale in Italiam adverſus Romanos ſuſcepta, & quidquid per illos ſedecim annos geſtum eſt, quibus Italiam devaſtavit Pœnus, accurate perſcribitur.

III. *Historia LIBYCA*, vel potius ſola PUNICA, ſive *Carthaginienſis* historia; nam, quæ cum *Punica* conjunctim *Libyco* libro continebatur, *Numidica* intercudit. e) In hoc libro, initio ab origine urbis Carthaginis facta, præmiſſaque ſtriſtiſſima bellorum omnium deſcriptione, quæ Romanis cum Carthaginienſibus in Sicilia, in Hispania, in Italia, in ipſa Africa interceſſerunt, ea ex profeſſo perſequitur Auctor, quæ ſunt in Africa adverſus Carthaginienſes geſta. Et quidem, quæ primo Punico bello, Atilio Regulo Duce, haud admodum feliciter adminiſtrata erant, leviter perſtriſtis; ea potiſſimum, quæ ſecundo tertioque Punico bello, uſque ad everſam a Romanis Carthaginem, Africamque in Provinciæ formam reda-

c) Vide p. 256. D.

d) De bello Sertoriano in Hispania geſto agitur Libro I. *de Bellis Civil.* p. 418. ſqq. ad quem locum etiam ablegavit lectores ſuos APPIANUS in ipſa hac *Iberica* hiſtoria p. 313. A. De J. Cæſaris ex-

peditione contra juniorem Pompejum in Hispaniam ſuſcepta, vide Lib. II. *de Bell. Civ.* p. 492 - 494.

e) Ex *Numidica* Hiſtoria Fragmenta duo exhibentur in *Excerptis* ab URSINO editis pag. 370.

etiam, gesta sunt, copiose exponuntur. Ibi cum reliqua narratio lectu dignissima, tum vero ultimæ inprimis oppugnationis excidiique florentissimæ urbis historia graphice ab Auctore nostro descripta est, atque eo etiam præterea maxime memorabilis, quod unus Auctor APPIANUS ad nostram ætatem pervenerit, e quo historiæ illius pleniorē notitiā repetere possimus. Brevissima quædam verba de coloniis Romanis in Africam missis, ac de restituta per Augustum Carthagine, librum istum claudunt.

Ac

n. XXVIII. & XXIX; duoque alia in *Excerptis Valesianis* p. 560.

f) Mihi sic plane videtur, universam illam Reguli Historiam, ab Epitomatore, nescio quo, in breve illud spatium, quod ea nunc apud APPIANUM occupat, esse redactam. Quidquid autem ejus rei sit, quum in mentionem hujus partis *Libri Punici* incidimus, juvabit eadem occasione loco cuidam, librarium socordia depravato, qui sub finem ejusdem historiæ Reguli occurrit, medicinam adferre. Scilicet de hoc Regulo, quem cum legatis e suis popularibus (σὺν οἰκείοις πρέσβεσιν, non πρέσβευσιν, quomodo monstrosè in editis omnibus libris legitur) Romam miserant Carthaginenses, legimus *Hist. Punic.* p. 3. B. "Postquam is Romanos magistratus ad continuandum cum Pœnis bellum erat cohortatus, ἐπανῆλθεν εἰς ΛΙΜΝΗΝ ΕΤΟΙΜΟΣ, reversus est ad lacum paratus." Ubi vocem λίμνην vitiosam esse, facile apparet; neque dubium est, eandem ex præcedenti pagina, ubi ea bis occurrebat, per incogitantiam librarii,

qui eam adhuc in animo habebat, in locum alterius cujusdam nominis, quod sive sono sive scribendi forma huic quodammodo vicinum erat, perperam esse traductam. Λιμένα confidenter reposuit PALMERIUS, in *Exercitationibus in Auctores Græcos* p. 151. ac latine vertit, *in portum reversus est ad omnia paratus*. Sed sic, neque qua ratione portus adeo nude & abrupte hoc loco positus sit, satis apparet; neque in Græcis leguntur verba illa, *ad omnia*, sine quibus sensus omnino non constat emendationi versionique a PALMERIO allata.

Longe ingeniosius, atque, ob literarum ν & υ, itemque μ & β (prout litera β in manuscriptis Codicibus, inde a nono sæculo, frequenter pingi solet) similitudinem, simplicius etiam ac probabilius videri possit, si pro λίμνην legendum dicas Λιβύην, *in Africam reversus est*: quam eandem medicinam, ni etiam sic obstaret orbem illud ac desertum ἔτοιμος, huic loco se allaturum fuisse, nuper mihi HEYNIUS, *Vir Celeb.* significavit, cu-

Ac mihi quidem hanc *Punicam* historiam legenti re-
gentique visum est nonnunquam, *non satis integrum* eum li-
brum, paulo post exordium, ad nos pervenisse. De Atilii
certe Reguli adversus Carthaginienses expeditione, cujus
describendæ proprius hoc libro locus erat, nimis quodam-
modo, pro ea quidem ratione quam ceteroquin in rebus
hujusmodi exponendis sequi solet APPIANUS, stricta atque
concisa videbatur narratio. *f)* Sed illam suspicionem non
solum auxit, verum etiam plane confirmavit, quod in *Ibe-*

jus & jam nunc præclara in AP-
PIANUM nostrum merita exstant,
& plura quoque deinceps esse fu-
tura, confido. Atque ea quidem
ratione antiquus latinus interpres,
PETRUS CANDIDUS vel legisse
hunc locum, vel saltem intellexis-
se, videri potest; quem locum ille,
omisso vocabulo ἔτοιμος, sic inter-
pretatus est: *Ita Carthaginem re-*
versus, cavea clavis circumval-
lata inclusus, exstinguitur. At ve-
ro, qui cum his latinis Græca con-
tulerit, is facile sibi persuadebit,
interpretem nomen illud, *Car-*
thaginem, ex sequenti voce Καρ-
θηδόνιοι expressisse, atque tria ea
verba, de quibus nos quærimus,
εἰς λίμνην ἔτοιμος, sive quod ea in
suo exemplari non legerit, sive
quod non intellexerit, plane præ-
teriisse. Atqui ea verba, quæ in
Augustano etiam codice, sicut in
impressis, exhibentur, nisi quod
pro ἔτοιμος legatur ἔτοιμον, eo mi-
nus videntur negligenda, quo aptior
sententia, si levissimam adferas
mutationem, eamque omnino ne-
cessariam, iisdem continetur.

Mihi quidem nullum est du-

bium, quin ea hujus loci sententia
sit, quam (sicut aliorum plurimo-
rum auctoris nostri locorum sen-
sum, qui vel librariorum culpa,
vel Editorum, corrupti hodie le-
guntur) acute expressit doctissimus
alter interpres SIGISMUNDUS GE-
LENIUS: *reversus est paratus ad*
supplicium; nisi quod ex MSti
Augustani præscripto melius ita
verti videatur, ad PARATUM
supplicium, ad cruciatus eos qui
illum (Carthagine) manebant.

Neque vero admodum obscurum
videri debet, λίμνην ex ΛΥΜΗΝ
esse corruptum; quo quidem no-
mine, id ipsum, quod volumus,
significante, alibi etiam utitur AP-
PIANUS. Sic enim *Civil. L. I. pag.*
400. B. conjunguntur ΛΥΜΑΙ καὶ
θάνατοι καὶ δημεύσεις, cruciatus,
cedes ac proscriptiones. Sic rur-
sus in *Fragm. X.* apud URSINUM
p. 351, quod ex *Celtico* libro ex-
cerptum est, Κορνήλιος, inquit,
Βριτόμαριν μόνον, ἤγεν αἰχμάλωτον ἐπὶ
ΛΥΜΗ. *Unum Britomarim capti-*
vum abduxit Cornelius, gravio-
ribus cruciatibus reservatum.

Itemque verbo λυμάνισθαι cum

F

rica Historia profitetur Auctor noster, de iis, quæ a Tib. Sempronio Longo, ac post eum ab aliis Romanorum ducibus, dum in Hispania Scipiones bellum administrarent, circa Africam gesta sint, in ipso hoc Carthaginensi libro a sese dictum esse; in quo libro tamen, prout eum quidem in exemplaribus hodie extantibus legimus, nulla omnino mentio neque Sempronii illius, neque ullius alterius ducis Romani, qui post eum, ante Scipionem, in Africa vel circa Africam aliquid gesserit, occurrit g)

cruciatu enecare plus semel utitur Auctor noster; ut *Mithridat.* pag. 205. D. *Ibid.* p. 206. D. Item de *Bellis Civil.* L. I. p. 420. E. ἀγρίως καὶ βαρβαρικῶς ἐλυμαίνετο πολλοῖς, multos barbarica savitia excruciatos necavit. Dicitur autem ἐς λύμην ἑτοιμον, fere ut ἐπὶ ἔργον ἑτοιμον, *Syriac.* p. 92. E. ἐπὶ θήραν ἑτοιμον *Civil.* Lib. V. p. 730. B. Et quum alibi in impressis APPIANI exemplaribus forma foemina illius Adjectivi diversa legitur (τὴν πομπὴν οἶχ' ἑτοιμὴν ἔχων *Civil.* Lib. II. p. 432. C. sic & *Mithrid.* p. 177. C. ἐτοιμὴν ἔχων δύναμιν) vitiosa illa lectio est, ac pro ἐτοιμὴν, ex sermonis usu, & ex Codicis Augustani (in loco quidem ex *Civil.* L. II. allato) præscripto ἑτοιμον reponendum; sicut eodem Libro p. 492. C. in impressis quoque recte scriptum legitur γνώμην ἑτοιμον, ac loco paulo ante citato θήραν ἑτοιμον. Si quis tamen in nostro hoc loco, de quo disputavimus, vocem ἑτοιμος in primo casu retinendum duxerit, nolim pertinacius repugnare; quamquam commodius præpositio εἰς a

verbo ἐπανήλθεν pendere videtur, quam a nomine ἑτοιμος, verbo sine regimine relicto.

g) Vide *Ibericam* historiam pag. 262. B. ac confer *Punicam* p. 4. ubi a brevi commemoratione exordii belli Punici II, ac rerum in Hispania per id tempus gestarum, subito transitus fit ad P. Scipionis in Africam profectionem, nulla neque Sempronii, neque alius cujusquam ducis Romani, qui ante Scipionis adventum aliquid adversus Africam vel tentaverit, vel susceperit, facta mentione. Atqui post Sempronium Longum, qui quidem Africæ ipsius non attigit oram, sed tamen Africam Provinciam sortitus erat, A. U. C. 536. atque in mandatis habuerat, ut in Africam transmitteret, (cf. *LIVIVS* Lib. XXI. Cap. 17. & 50. sq.) variæ a Romanis classibus in Africam expeditiones, ante Scipionis ex Hispania reditum, fuerant susceptæ: a Cn. Servilio Cos. A. U. 537. (*LIVIVS* XXII. 31.) a L. Furio Pratore A. U. 538. (*LIVIVS* XXIII. 21.) a M. Valerio Messalla A. U. 544. (*LIVIVS* XXVII. 5.) a M. Læ-

adjectam in ipsis exemplaribus, cum manu exaratis, tum typis excusis, notam monetur lector. *h)* Est autem in eodem libro, in earum rerum historia, quæ Censorino Cōs. Carthaginem oppugnante, a Scipione minori gesta sunt, locus lepide quodam modo depravatus, atque ita quidem, ut, qualis ille in impressis libris exhibetur, non possit non mancus etiam atque mutilus videri; sed is locus nulla omnino lacuna laborat, ac levi unius alteriusque literæ immutatione & emendari & perfectæ integritati suæ restitui potest debetque. *i)*

vino Procos. A. U. 547. (LIVIVS XXVIII. 5.) Quibus expeditionibus quamquam parum effectum est adversus Carthaginenses; earum tamen mentionem aliquam utique in hac *Punica* historia injicere debuit APPIANUS.

h) Ea lacuna est p. 31. C. D. & quidem aliquanto major videtur eo loco esse hiatus, quam ad marginem codicum quorundam adnotatum legimus. Scilicet in Codice *Augustano* ad hunc locum in margine notatum est: ἐν αὐτῶν λεῖπῶνσι σίγησι ἰ. In *Florentino* Codice (cujus notitiam cum orbi literato communicavit BANDINIUS in *Catalogo Codicum Græcorum Biblioth. Laurentianæ* T. II. col. 660.) spatium paucorum versuum vacuum reliquit librarius; ibidemque in margine alia manu adscriptum est: Ζῆται τὸ λεῖπῶν τοῦ καλαβάτου ὀλίγον γὰρ ἐστὶ. Ubi quidem quid sibi velit illud τοῦ καλαβάτου, non valeo hariolari. In veteris versionis latinæ Editione *Moguntina* (A. 1522. in 4^o. p. 494.) itemque *Lugdunensi* (A. 1551. in 16. p. 748.) ad hunc locum, exiguo

relicto spatio, hæc legitur adnotatio: *Desiderantur hic PAUCA QUÆDAM de populi tumultu, atque Romanorum consultatione de Rebus Carthaginensium; id quod ex sequentis orationis fragmento facile constare videtur.* Sed in antiquioribus ejusdem versionis Editionibus quarum nobis duæ ex instructissima Universitatis nostratis Bibliotheca ad manus sunt; altera *Veneta* A. 1477, altera partim *Regii* A. 1494. partim *Scandiani* A. 1497 impressa, hoc loco integra pagina, & in *Veneta* editione pars etiam præcedentis paginæ, ad indicandam lacunam, vacua relicta est, atque ad marginem adnotatur: *Defectus unius folii: in quo tumultus populi contineri videbatur; deinde Romanorum consultatio de Rebus Carthaginensium, ut patet ex fragmento orationis insequentis.*

i) In eadem *Libyca* Historia p. 58. D. E. præclare factum Scipionis posterioris ad Carthaginem, in cujus urbis oppugnatione ille tum sub Censorino Consule tribunus militabat, commemoraverat

IV. Sequitur ILLYRICA historia, a PETRO CANDIDO e Vaticano Codice jam olim cum reliquis APPIANI libris, qui

APPIANUS, eamque Scipionis mentionem his verbis concluderat: (p. 58. extr. & 59. ineunte) καὶ τοῦτο πρῶτον αὐτὸν ἐπὶ δόξης ἐποίησεν, εὐχουλότερον τοῦ στρατηγικοῦ φανίλα, quod ejus factum primam comparavit illi gloriam, quum plus quam Consul sapere visus esset. Jam vero post ea verba, in editis APPIANI exemplaribus, proxime ac immediate leguntur hæc, ΚΟΙΝΟΣ δ' ἦν ΕΠΙΣΤΟΛΗ. καὶ τὸ Κηρωίνου στρατόπεδον ἐνόσει, στραμεῦον ἐπὶ λίμνην στρατεῦον καὶ βαρέος ὕδατος, καὶ ὑπὸ τείχεσι μεγίστοις, οὐ ΚΑΤΑΠΛΕΟΜΕΝΟΝ ἐκ τῆς θαλάσσης. Quem locum ita interpretatus est GELENIUS: *Communis autem erat epistola. Censorini castratum laborabant morbis, ut stagnantibus aquis apposita, & a mari disclusa magnis edificiis.*

In tribus vel quatuor prioribus verbis omnis inest difficultas: satis enim clara sunt, quæ sequuntur, de morbis in Censorini castris grassantibus, quippe quæ ad paludem posita essent, cujus stagnante ac graveolenta aqua facile inficeretur aer; eoque etiam magis, quod murorum urbis altitudine, quibus subjecta erant illa Censorini stativa, marinæ aere refrigerans prohiberetur adflatus. Nam, pro vitioso καταπλεόμενον, ex Cod. August. recipiendum esse ΚΑΤΑΠΛΕΟΜΕΝΟΝ, vix opus est, ut moneamus; quam lectionem etiam CANDIDUS ex Vaticano, quo is usus est, Co-

dice in versione latina expressit. Sed quamnam communem epistolam tam subito atque ex abrupto nobis hic narret APPIANUS, id quidem nulla ratione apparet; quod eo magis etiam mirum videri potest, quoniam lacunæ nullum signum, (quæ tamen, si ea verba ceteroquin sana essent, necessario proxime ante illa verba esset statuenda) in MSS. Codd. ad hunc locum perspicitur. Neque enim in Augustano Codice quidquam tale, vel in ipso contextu, vel ad marginem notatum aut indicatum, occurrit; neque CANDIDUS in suo exemplari ullam defectus suspicionem hoc loco vidit; qui quidem, quum ibi eadem plane verba, κοινὸς δ' ἦν ἐπιστολή continua ferie cum reliquis legerit, commode etiam cum præcedentibus hæc cohærere putavit, ac latine hoc modo reddere conatus est: *extat enim de hac re ipfius epistola.* Et CAROLUS STEPHANUS, ex cujus Editione duæ alteræ APPIANI Editiones expressæ sunt, quum Asterisco hunc locum notavit, tamen ne unus quidem literæ vacuum spatium reliquit; adeoque per asteriscum illum non tam pro mutilo, quam alia ratione insigniter depravato, hunc locum declaravit: quod & frater ejus ROBERTUS in Græcorum Scriptorum editionibus facere consueverat, de quo ejus more videri potest ejusdem ROBERTI STEPHANI admonitio ad lectorem, edi-

eo Codice continebantur, *latine facta*; sed a DAVIDE HÆSCHELIO demum A. MDIC ex ipso hoc *Augustano* Codice,

tioni DIONYSII HALICARNASSENSIS subiecta.

Importunæ voci *κοινός*, quæ ceteroquin neque cum nomine *ἐπιστολή*, neque cum alio quovis nomine fœminino, stare poterat, præsentem medicinam adfert idem, quem jam toties laudavi, *Augustanus* Codex, qui pro ΚΟΙΝΟΣ legit ΚΥΝΟΣ. Quo adhibito remedio, toti desperato pæne loco felicissima sanatio nullo negotio parata est. Nam vocem *ἐπιστολή* quod attinet, quæ & ipsa corrupta est, eam quidem etiam Codex ille noster exhibet; sed nihil in Codicibus vulgatius est, quam figurarum τ & σ eommutatio: qua ratione, cum apud alios, tum & apud ipsum auctorem nostrum *ἐπιστέλλω* & *ἐπιτέλλω* sæpius inter se perperam commutantur; velut cum de *Bellis Civil.* L. III. p. 557. A. in *Impressis* legitur *ἐπέτελλε τῇ βουλῇ*, pro quo recte *Cod. August.* habet *ἐπίστελλε τῇ βουλῇ*. Igitur nemo, puto, harum rerum vel paulisper peritus dubitabit in Græcis hoc loco, de quo quaerimus, mecum reponere: ΚΥΝΟΣ Δ' ἦν ΕΠΙΤΟΛΗ, καὶ τὸ Κηρωίνου στρατόπεδον ἐνόσει, κ. τ. λ. *Exorta erat Canicula*; (aderat

Flagrantis atrox hora Caniculæ.) *Itaque morbi grassabantur in Censorini castris* &c. *Solis* ortus pæne ANATOLĒ dicitur, quamquam & μεθ' ἡλίου ΕΠΙΤΟΛΗΝ minime male apud Nostrum legatur, *de Bell. Civil.* V. p. 724. B. Sed

in *reliquorum siderum* ortu inprimis proprius huic nomini *ἐπιστολή* locus est: adeoque *κυνός ἐπιστολή* est *Caniculæ exortus*: quemadmodum etiam, ubi apud APOLLONIUM RHODIUM, *Argonaut.* Lib. II. v. 529. legitur:

Ἀντολέων προπάρειθε κυνός ῥέζουσι
θουλάς.

illæ *ἀντολαὶ κυνός* vulgari sermone a Scholiaste exponuntur per *ἐπιστολήν τοῦ κυνός*. *Caniculæ* autem *exortum* pro ipsis *diebus Canicularibus* dici, nemini alienum videbitur. Denique tota illa verborum constructio, *κυνός δ' ἦν ἐπιστολή*, καὶ τὸ Κηρωίνου στρατόπεδον ἐνόσει, cum & alias admodum usitata, tum vero simillima ei est, qua utitur idem noster APPIANUS *Civil.* I. p. 358. A. ΘΕΡΟΣ Δ' ἦν ἤδη, καὶ προγραφὰὶ δημάρχων εἰς τὸ μέλλον. ΚΑΙ οἱ πλούσιοι . . . ἐνδηλοὶ σαφῶς ἦσαν ἐσπουδακότες κ. τ. λ. *Cum jam æstas atque tempus creandorum tribunorum plebis adesset; aperte operam dabant divites &c.*

Quod si cui nimius etiam fortasse videar in adstruenda satis perspicua loci istius nostri emendatione fuisse; nos quidem non pœnitebit, uno aut altero exemplo demonstrasse, quamquam multis errorum millibus Græca APPIANI, qualia in *impressis* Exemplaribus ad hunc diem legebantur, liberatos recepimus, non tamen eos esse, qui novaturiendi quodam

cujus nobis usus concessus est, primum *Græce*, ac separatim quidem, non amplius sedecim paginis in forma quarta, *Augustæ Vindellicorum* editus est. Cujus quidem libri cum in *Stephanorum APPIANI* editionibus non nisi breve fragmentum, exordium fere continens, *Græce* exstaret; ne in *Batava* quidem editione, quæ A. MDCLXX. *Amstelodami* prodiiit, ac *TOLLII* Editoris nomen præ se fert, integer liber est insertus: scilicet ne putidæ illi negligentia, quam in ea editione procuranda prodidit Editor, vel hoc etiam specimen deesset. *Illyrico* autem hoc libro, exposita gentium earum, quæ *Illyriorum* nomine comprehenduntur, origine, sede, priscaque historia, atque enarratis superioribus Romanorum adversus *Illyrios* susceptis bellis, *Cæsar* Augusti dehinc expeditione, ex propriis ejusdem *Commentariis* describitur; qua Expeditione *Dalmatia* *Illyria*que omnis, quæ sive olim Romanis subiecta defecerat, sive ad id tempus libertatem suam vindicaverat, devicta est, Romanoque Imperio subiecta. *k)*

V. SYRIACUS hunc excipit *Liber*; *l)* quo res a Romanis adversus *Antiochum M. Syriæ Regem*, sive in *Europa*, sive in *Asia* gestas, copiose exponit *APPIANUS*; tum vero succedentium *Syriæ Regum* breviter historiam persequitur,

pruritu, aut alia temeritate, ad vulgatas lectiones citra justas causas fontesque loco suo movendas, cum aliisque commutandas, abripiamur.

k) De eodem *Illyrico* Libro conf. *Seçt.* III. num. (XV.)

l) Vide *Seçt.* III. num. (XII.)

m) *JO. AUGUST. ERNESTI* in *Dissertat. de Fide Historica recte æstimanda*, *Lipsiæ* 1746. defensa, & recusa in *Opusculis Philologicis Criticis*, quæ *Lugd. Bat.* 1764. multis locis emendata & aucta prodierunt. Ibi §. 47. p. 98. edit. *Lugd.* de misero atque innocen-

tissimo nostro Scriptore durum hoc ac nimis sane (præfiscine dixerim) iniquum legitur iudicium: *APPIANUM* omnes, qui diligenter intelligenterque legerunt, cognoverunt *INEPTUM Græcorum*, inprimisque *PLUTARCHI, COMPILATOREM*, quem etiam interdum ita descripsit, nominatim in *SYRIACIS*, ut aut non intellexisse aut festinantissime scripsisse appareat.

n) Vide *Seçtionem VI.*

o) Nam quæ de *Pompejo* (pag. 119.) itemque de *Demetrio Po-*

usque ad ultimum illum Antiochum, quem Pompejus, victo Tigraue, qui Syriam per quatuordecim annos tenuerat, precario regno spoliavit, Syriamque in Romanæ provinciæ formam redegit. Ut justam libri mensuram compleret Auctor, *Romano-Syriacæ* illi historiæ præcedentium Seleucidarum Syriæ Regum res gestas & fata usque ad Antiochum M. subjecit.

Qui vero Vir longe doctissimus, cujus alias auctoritas, apud me, sicuti debet, plurimum valet, APPIANUM nostrum conceptissimis verbis accusavit, quod in hoc *Syriaco libro PLUTARCHI compilatorem* sese prodiderit, atque etiam *inapte* quidem Biographum illum *descripserit*; m) is certe (nisi forte aliud quid in mente habenti hæc ei excidisse putanda sunt) vereor, ut unquam APPIANUM vel cum *Plutarcho* contulerit, vel etiam per se ipsum inspexerit. Ex PLUTARCHO in ceteris libris nihil sumsisse APPIANUM, deinceps demonstrabimus; n) sed in hoc *Syriaco* libro nihil magnopere ne sumere quidem potuisse, res pæne ipsa loquitur; quoniam nullius vitam ex iis viris, quorum res gestæ aut fata paulo copiosius hoc libro exponuntur, *Plutarchus* conscripsit. o) Sed nimirum *Parthicum* illum librum, qui falso a plerisque AP-

liorceta, Antigoni filio (p. 122.) brevissimis verbis commemorat APPIANUS, ea e PLUTARCHO *desumpta* esse, frustra ac precario aliquis dixerit; non esse autem e PLUTARCHO *descripta*, quisque se ipse condocere potest, qui nostrum Scriptorem cum Charonenfi Polygrapho conferre voluerit. Neque vero illam de amore Antiochi I. Seleuci Nicatoris filii, historiam, quam (p. 126. med. & sq.) APPIANUS refert, ex ejusdem PLUTARCHI *Demetrio* (p. 907.) *descriptam* putabit quisquis cum AP-

PIANI narratione PLUTARCHUM contulerit. In eorum autem gratiam, quibus istam instituere collationem libuerit, hoc loco adnotare juvabit, in illa APPIANI narratione p. 126. C. pro ἐς τὸ πάθος αὐτῶ, legendum esse ἐς τὸ πάθος αὐτοῦ. *Ibid.* E. pro ἐπιμελείας legendum ἐπιθυμίας. *Pag.* 127. C. pro προλιμότερον αὐτῶ θανάτου leg. προστιμῶμενον αὐτῶ θανάτου. *Pag.* eadem E. pro τὴν ὀρμὴν leg. τὴν γνώμην: idque cum ex *Augustani* Codicis, tum ex *Vaticani*, auctoritate.

PIANO tribui solet, in mente habuisse Vir doctissimus videtur.

VI. MITHRIDATICO libro grave illud ac tam diuturnum, quam varium atque multiplex, cum Pontico Mithridate a Romanis gestum bellum, feliciterque tandem, Pompejo Duce, confectum, copiose accurateque descriptum est. Eidem libro quasi episodica historia *Piratici belli*, eodem Pompejo duce confecti, opportuno loco inseritur. In eo libro, qualis hodie cum in *Manuscriptis* Codicibus, tum in *impressis* exstat, unum folium, quo finis illius continebatur, perperam in frontem libri esse rejectum, jam supra est a nobis data occasione monitum. p)

VII. Sequitur CIVILIVM BELLORUM historia; cujus primo Libro intestinarum illarum turbarum enarratio, quibus lacerata diu ac tandem oppressa est Romanorum Respublica, a Gracchorum seditione usque ad Syllæ obitum perducitur; primique triumviratus calamitatibus *Sertoriani* præterea *Belli* in Hispania gesti, motuumque a Spartaco in Italia excitatorum, historia subjicitur.

VIII. *Secundus de BELLIS CIVILIBUS Liber*, a Catilinæ incipiens conjuratione, alterum triumviratum exponit, in Juliique Cæsaris cæde desinit.

IX. *Tertius* turbarum ab Antonio Octavianoque post mortem Cæsarum excitatarum continet initium, ac novorum Triumvirorum gesta adversus Cæsarum interfectores, usque ad Decimi Bruti interitum, exponit.

X. *Quartus CIVILIVM BELLORUM Liber* proscriptionum cædiumque a Triumviris editarum horrendas scenas graphice depingit, ac bellum adversus reliquos Cæsarum interfectores, M. Brutum Cassiumque, confectum refert.

XI.

p) Ad *Sec̄.* III. num. (XIV.)
not. 2.

q) *Sec̄.* III. num. XXI.

*) In *Augustano* Codice, in *Mediceo*, in duobus *Regiis Parisiensibus*, duobus *Vaticanis*, & *Ve-*

XI. *Quintus Liber* Octaviani Antoniique mutuas dissensiones enarrat, & in Sexti Pompeji, cum quo grave bellum Octavianus sustinuit, interitu finitur. Is liber in fine mutilus est; nam & extremi inter Octavianum Antoniumque dissidii pugnaeque Actiacae enarratio, & devictae ab Octaviano *Aegypti* historia, de qua supra dictum est, q) desiderantur.

SECTIO VI.

Demonstratur: PARTHICUM LIBRUM, qui inter APPIANI Scripta legitur, NIHIL AD APPIANUM PERTINERE; FALSOQUE PLAGII CULPAM in Scriptorem nostrum esse collatam.

I. Exstat inter APPIANI opera cum in *impressis* libris, tum in *Manuscriptis* cunctis Codicibus, qui quidem pleniorum aliquam collectionem librorum Scriptoris nostri superstitem continent, *) monstrum quoddam libelli, e PLUTARCHI vitis *Crassi Antonii*que miserrime confarcinati; quo *bellorum adversus Parthos*, a Crasso primum, tum ab Antonio gestorum, minime inter se apta atque cohærens enarratio quædam continetur. Atque ad intelligendum, ab APPIANO nostro proficisci minime potuisse putidum illum, nescio cujus, plagiarium foetum, satis superque esse debebat, hoc ipsum observasse, quod jam modo dixi; quod idem etiam a plerisque, qui APPIANUM tractarunt, observatum est: nimirum, e PLUTARCHO, atque admodum quidem puerili etiam ratione, compilatum esse eum libellum, ac neque dictionis colore, neque tota ratione, qua ejus libri argumentum pertractatum est, quidquam cum APPIANI scriptis commune habere. Sed, nescio, quo casu, quove APPIANI infortunio, aut qua summorum quoque Virorum sive dormitatione, sive etiam obsti-

netis duobus: quorum quidem Codicum nullus ante Seculum decimum quartum, plerique recentiori etiam ætate, conscripti sunt.

G

nata quadam occæcatione, factum est, ut nihilo minus, quoniam scilicet in manuscriptis Codicibus ei libello nomen præfixum APPIANI erat, hi puerilem istam ineptissimamque compilationem, pro PARTHICO EO LIBRO, qui ab APPIANO scriptus jam pridem intercidit, uno ore venditarint, totiusque illius flagitii culpam in gravissimum nostrum innocentissimumque Scriptorem non erubuerint conferre.

II. Ea res, dici vix potest, quantam nihil tale merito APPIANO conflaverit invidiam, quantumve ad deprimendam nobilissimi Scriptoris auctoritatem contulerit. Nam ex quo ipse APPIANI *Editor*, HENRICUS STEPHANUS, qui sane Scriptorem eum, cui patrocinium addixerat suum, non temere, neque incognita causa, diffamaturus debebat videri, non solum persuaderi sibi passus est, ut inconditum hunc atque informem libellum pro *Parthica* illa historia haberet,

Seç. VI. a) HENR. STEPHANUS in fine *Annotationum in APPIANI Librum de Rebus a Romanis adversus Parthos gestis*, p. 46.

b) JOSEPHUS SCALIGER in *Animadversionibus in Chronologica EUSEBII*, ad An. MMXXI. p. 177. col. b. — Quod quoniam SCALIGER a se impetrare potuit, ut ejusmodi plagii, tam puerili præferim conatu commissi, bonum APPIANUM convictum declararet; jam minime mirum est, si alia præterea multa, tam dura, quam injuriosa, in eundem præclarissimum Scriptorem ab homine supercilioso dicta legimus, cujus nota ceteroquin atrabilis est ac injuriarum torrens, quas in eos effundere solebat, quorum finitrum fidus ita tulerat, ut magno SCALIGERO displicerent. Igi-

tur, quum de *deliriis APPIANI*, (*Canon. Isagog. L. III. p. 346.*) de iis quæ ab eodem *balbutita*, (*Animadvers. ad Eusebii Chronol. ad An. DCCCXC. p. 81.*) quæ *imperite* (*ibid. ad A. MCMXCII. p. 168.*) quæ *portentose dicta* (*ibid. ad An. MMXL. p. 212.*) criminatur SCALIGER, & quæ sunt ejus generis alia APPIANO tributa elogia, lego; tum, iratum quidem APPIANO SCALIGERUM fuisse, video: quo jure id factum sit, sine ira & studio mihi quærere licet. Et quamquam a communi mortaliū forte non exemptum inveni Scriptorem meum, quin hinc inde aliquid ita dixerit, ut curatius quodammodo, aut propius ad rei veritatem, dici potuisse videatur; tamen vel plane injuriose, vel ni-

quam suo nomine APPIANUS edidisset; verum etiam singulari Commentario de professo conatus est ostendere, qualis fuerit ista, quæ APPIANO peculiaris esse existimatur, alienorum Scriptorum usurpatio: a) ex eo igitur tempore, mirum non est, auctoritate STEPHANI deceptos multos in eandem de eo libello ejusque auctore sententiam ivisse. Ac STEPHANUS quidem non sane obtrectandi animo illud in auctorem, quem edebat, dixerat; potius eo magis in pretio habendum censuerat APPIANUM, quod eo potissimum modo & PLUTARCHUM & alios Scriptores excerpserit. Sed mox eam rem, prout nimirum illa, si modo vera esset, merebatur, in aliam partem interpretati sunt alii; ut per risum jam atque contentum alienorum laborum fucum vocitarent APPIANUM. Quæ infamiae nota, gravissimi Scriptoris nomini iniusta, præ-ludente acerrimo APPIANI obtrectatore JOSEPHO SCALIGERO, b) mox communi doctorum virorum calculo compro-

mis saltem acerbe ac nimis confidenter de Scriptoris nostro judicasse SCALIGERUM reperio.

Nam ut ad quasdam ex obtrectationibus, in APPIANUM a vehementissimo adversario collatas, sigillatim accedam: quis credat, universæ historiæ Romanæ Scriptorem, qui Regum Romanorum res gestas peculiari etiam Libro (ac summa quidem cum veracitatis laude, judice PHOTIO) descripserat, qui idem in Proæmio operis sui (pag. III. E.) disertis verbis dixerat, „per dimidiam partem priorum quinque seculorum, intra quæ Italiam sibi subjecerunt Romani, penes Reges fuisse imperium:” quis ergo credat, eundem Scriptorem alibi (de Bellis Civil. L. I. p. 412. C.) dicturum

fuisse, ultra quadringentos annos Regibus subjectos fuisse Romanos? Quis, nisi obtrectandi studio plane occæcatus, non videat, non delirasse eo loco APPIANUM, quod SCALIGERO (Canon. Isagog. L. III. p. 346.) dicere placuit; sed pro ἐξήκοντα ὀλυμπιάδας, quod citra ullum dubium scripserat APPIANUS, a festinante quodam librario, ἐκχλόν illud, quod in lineis sequentibus bis occurrit, vitiose etiam huc fuisse traductum? Qui si idem error eum quoque Codicem, quo vetus Interpretis olim usus est, occupaverat; non tamen omnia exemplaria pervasit. Nam in Augustano quidem Codice itidem vitiose hic locus expressus est, quod in numero designando minime mirum videri debet; sed, alio

bata est, atque cum in aliorum scriptis, c) tum in GERARDI JO.

errore, pro eodem ἐξήκοντα ibi εἰ-
κοσι legitur.

Libro quarto de *Bellis Civilibus* historiam cædis Ciceronis, quæ ad Formianum ejus, prope *Cajetam*, facta est, enucleate satis exposuit APPIANUS; atque etiam hoc dif-
ferte adjecit, (p. 600. A. B.) *se-
se, ut suis oculis quodammodo
casum istum celebratissimi viri
(conf. ibid. p. 601. B.) subjiceret,
ipsum etiam locum eum, quo ea
eades patrata est, visitasse.* Jam
cum in illis APPIANI verbis, pro
ΚΑΙΗΘΝ vel ΚΑΗΘΝ (sic enim
sine litera jota etiam scriptum hoc
nomen invenitur in Codice *Diodori
Siculi*, L. IV. conf. Ed. WESSELIN-
GII T. I. p. 300. not. a.) vitiose le-
gatur ΚΑΗΥΗΝ: quis non videt,
quam pronus fuerit librariorum la-
plus, in proprio nomine præfer-
tim eo minus etiam mirandus,
quamque levissimus ex ΚΑΗΘΝ
in ΚΑΗΥΗΝ transitus? aut quis
jam ferat *portentosam* (sic enim
vere appellaveris) SCALIGERI in
illa APPIANI verba observatio-
nem? quum, *Locum*, inquit, ubi
Cicero interfectus est, PLUTAR-
CHUS *Καίρας* vocat. Nescio, an
Καίρας, vel *Καίρας* legendum, ut
apud EUSEBIUM. APPIANUS ex
hac depravata PLUTARCHI le-
ctione divinatur, prope Capuam
interfectum esse.

Qui sibi ejusmodi lasciviam in
nobilem Scriptorem permisit; næ
is, mirum non est, si idem, ubi
ejus auctoris aliquod non nimis

forte accurate dictum ipsi stoma-
chanti in manus incidit, illud *por-
tentosum* esse clamavit; si, ubi a
narratione alius cujuscumque scripto-
ris, quem SCALIGER defenden-
dum susceperat, paululum dissen-
tire aliquid, quod APPIANUS ha-
bet, visum est, id eo ipso pro *fal-
so, minimeque audiendo*, declara-
vit; denique si ei interdum usu ve-
nisse videtur, ut verbis quibusdam
nostri Auctoris, quum sanum per
se sensum satis plane funderent,
contradicendi studio abreptus, eam
sententiam subjiceret, in qua con-
futanda jactare sese posset ipse
oratio. Cujus generis, de quo
postremo loco dixi, unicum exem-
plum liceat adjicere. In *Animad-
versionibus in Chronologica Euse-
bii* ad An. MDCCCXCII. (pag.
168. col. a.) hæc scribit SCALI-
GER: *Reges quidam Ἰσθμοῦ (Ro-
manis) erant; in quibus Herodem
Magnum ponit APPIANUS, sa-
tis imperite. Nam numquam He-
rodes Casari tributarius fuit.
Hoc si verum esset, ejus clara
exstarent in Josepho indicia; ex
cujus libris palam est, Herodem
nihil minus, quam stipendiarium
populi Romani aut tributarium
Casaris fuisse. In ejusmodi non
semel lapsum APPIANUM de-
prehendimus. Quare audiendus
non est. Eamdem Scriptoris nostri
reprehensionem paulo deinceps re-
petit ferox obtrektor, eodem lo-
co, quo *alienorum laborum fu-
cum lepide*, ut ipsi videbatur, AP-*

VOSSII Commentariis de Historicis Græcis, itemque de Ar-

PIANUM nominavit. Jam vero ipsa APPIANI verba si adspicias, quæ hic confutare sibi videtur SCALIGER; (sunt autem Libro V. de Bellis Civil. p. 715. C. D.) nihil ibi videas de Herode sive populi Romani stipendiario, sive Casaris tributario. Nihil amplius, quam hoc, dicit APPIANUS: "M. Antonium, quum in eo esset, ut in bellum proficisceretur Parthicum, pro ea auctoritate, qua apud senatum valebat, qui, quid quid ipse vel effecisset, vel effecturus esset, ratum fore declaraverat, pro lubitu plures Asiæ principes, & in his Herodem, Reges appellasse: illud autem utique non fecit, (inquit APPIANUS) nisi certam ab eis mercedem pactus:" ἐπὶ φόροις ἅρα τεταγμένοις. Quod ipsum, mutatis verbis, eadem sententia, de Herode JOSEPHUS tradit, Antiq. Judaic. L. XIV. Cap. 26. (Edit. Havercampi Cap. XIV. §. 4. T. I. p. 727.) ubi, Antonium, dicit, Herodi operam suam in care pollicitum esse, τὰ μὲν κατὰ μνήμην τῆς Ἀντιπάτρου ξενίας, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ χρημάτων, ὧν ἄττω Ἡρώδης ὑπέσχετο δώσειν, εἰ γένοιτο βασιλεύς, καθὼς καὶ πρότερον, ὅτε Τετραρχίας ἀπεδέδεικτο: partim Antipatri recordatione, cujus ipse usus fuerat hospitio, partim PROPTER PECUNIAM, QUAM EI DATURUM SE PROMITTEBAT HERODES, SI REX FACTUS

ESSET, quemadmodum antea, cum Tetrarcha factus fuerat. Atque deinceps etiam, in Bello Antonii cum Cæsare, pecuniam atque frumentum ad Antonium misisse Herodem, discimus ex eodem JOSEPHO L. XV. cap. 10. (apud Havercampum Cap. VI. §. 6. T. I. p. 758.) Neque vero aliena videri debet significatio illa, quam nomini φόροι eo APPIANI loco convenire diximus; similiter enim, ut hoc utar, in alia quidem re, φόρους ἐρανίζεσθαι παρὰ τῶν μαθητῶν, vulgo etiam dici, pro ἐπὶ μισθῶ, ἐπὶ χρημάτων, διδάσκειν, POLLUX monuit, in Onomastico L. IV. C. 6. §. 43. Denique si vel maxime ita interpretanda nitaris APPIANI verba ea conditione, ut stipendium vel tributum sibi penderent; ne sic quidem quisquis non admodum fuerit calumniandi cupidus, vel inepti quidpiam, vel falsi, in illis Scriptoris verbis deprehenderit.

c) CASPAR BARTHIIUS, sicut ipse a JOSEPHO SCALIGERO, admodum etiam tum juvenis, (cf. BAYLE art. Barthius not. B) maximi factus erat, ac velut divinum in primis ingenium celebratus; sic suo illi præconi & admiratori hanc videtur referre gratiam voluisse, ut, quæ illi temere interdum exciderant, ea honoris & officii causa non modo repeteret, ac circumferret, sed versibus etiam includeret. Nam quum alienorum laborum fucum APPIANUM appellasset SCALIGER, atque alibi (Ca-

te Historica, in FABRICII *Bibliotheca Græca*, d) ac tantum non in omnibus denique vel libris eis vel libellis, e quibus notitia aliqua Græcorum Auctorum peti solet, ita confiden-

non. *Isagog.* L. III. p. 335.) monuisset studiosos, ut cum delectu tractarent illum Auctorem; jam BARTHIUS distichon illud in APPIANUM confecit, quod FABRICIUS in *Biblioth. Gr.* attulit:

Legas, monebo, cautior vagum auctorem;

Clepit subinde versa dicta majorum.

Idem, nullo omnino documento criminationem suam confirmare dignatus, a que etiam iniquissimo ad eo loco, ubi illud haud sane absurdum APPIANI de Philosophorum genere quodam iudicium (ex *Historia Mithridatica* p. 189.) allaturus erat, Nostrum, veluti confecta res & convictus reus esset, *Exscriptoris aliorum Historici* titulo ornavit; (*Adversar.* Lib. II. c. 12. p. 74.) atque iterum alio loco, sed in eodem argumento, *de toto hoc genere*, inquit, *inprimis pulere APPIANUS; quamquam non negem ex alio quopiam, ut ei solitum.* (*Adversar.* Lib. XLIX. cap. 3. p. 2284.) — JOANNES RUALDUS, *Animadversione XX. in PLUTARCHUM* (ad calcem Tomi I. Edit. Paris. Operum PLUTARCHI p. 99. a.) PLUTARCHI *Compilatorem* & in multis *Exscriptorem* plane appellare APPIANUM non dubitavit; & *Animadv.* XXI. p. 101. a. APPIANUS, inquit, PLUTARCHUM *syllabatim*

plerumque amat describere. — Eandem fere sententiam JO. AUG. ERNESTI calculo comprobata, jam supra vidimus, *Sectione V. not. m.*

d) VOSSIUS *de Historicis Græcis* L. II. cap. 13. p. 223. & *de Arte Historica* Cap. 22. FABRICIUS *Bibl. Græc.* Lib. IV. c. 12. T. III. p. 198.

e) Re ulit quidem FABRICIUS, loco jam modo citato, æquissimum FREINSHEMII iudicium, qui, in *Notis ad Flori Librum IV. Cap. X. §. 4*, de auctore Parthici ius Libri loquens, *Exscriptorem Plutarchi* eum vocaverat, qui *Appiani nomine circumfertur; cum Appianus* (inquit) *Plutarchi coætaneus, ne si voluisset quidem, furta tam insignia potuisset impune facere.* Sed satis esse visum est FABRICIO, si illam FREINSHEMII suspicionem (sic ejus gravissimi Viri verissimam sententiam appellat) *miro argumento ac parum solido niri, diceret.* Neque magis audiendus eidem FABRICIO visus est FRANCISCUS BALDUINUS, qui, cum Libro I. de *Institut. Historiæ* p. 87. observasset, *bene multa e Plutarchi Crasso in Appiani Parthicis reperiri; id factum, conjecerat, non ab ipso Appiano, qui Plutarchi fuerit æqualis, sed a librariis, ut supplerent aliquam in Appiani com-*

ter consignata, ut ne audiendi quidem visi sint rari nonnulli, qui ab ea culpa defendere APPIANUM conarentur. e)

III. Jam, quin APPIANUS *Parthicam Romanorum Hi-*

mentariis lacunam. — Dubitan-
dum saltem etiam atque etiam esse,
ulla ne ratione APPIANO tribui
Parthicus ille Liber posset, mo-
nuerat ANDREAS SCHOTTUS, in
Commentario ad M. SENECAE
RHETORIS Controversiarum Li-
brum II. Controv. IX. (p. 105. b.
Edit. Paris. 1613. in fol.) Ubi
quum, post PLUTARCHUM in *Cras-*
so, etiam ad APPIANUM in *Par-*
thicis provocasset, hæc verba ad-
jecit: *Si modo ille Liber APPIA-*
NI est, quod hic ex illo ad ver-
bum transcriptus sit. — Sed jam
multo ante hos omnes, atque etiam
ante quam ipsius HENR. STEPHA-
NI Editio APPIANI *Annotationes-*
que in hunc *Parthicum Librum*
lucem vidissent, satis quidem præ-
clare, sed nemine aurem præben-
te, APPIANI nostri causam de-
fenderat, ac putidum illud *Plagii*
crimen, nobilissimo Scriptori te-
mere illatum, diluerat GUILIEL-
MUS XYLANDER in *Annotationi-*
bus in Dionem Cassium, Latinitate
ab ipso donatum Cujus verba ex
REIMARI editione DIONIS, Tom.
II. p. 1396.) operæ pretium fuerit
huc transcribere: “*Augarus* (in-
quit) a PLUTARCHO *Ariamnes*
nominatur: ab APPIANO *Acha-*
rus; cum tamen tota narratio
(PLUTARCHI) de Crassi bello Par-
thico interituque ad verbum fer-
me Appiani *Parthico libro sit*

„inferta, non minor ea septem
„paginis. Quod cum demirarer,
„animadversum a me utriusque
„lectione, in eam veni cogitatio-
„nem, primam ac majorem par-
„tem ejus libri, qui fuit de re-
„bus Parthicis ab Appiano con-
„ditus, intercidisse, ac a quo-
„dam alio ex Plutarcho, quan-
„tum ejus potuit fieri, supple-
„tum fuisse. Nam profecto etiam
„hæc, quæ post finem verborum
„Plutarchi Appiano intextorum
„sequuntur, minime cum priori-
„bus cohærent: deest enim omnis
„*Parthica Historia a morte Crassi*
„*usque ad Ventidii contra La-*
„*bienum bellum*, quam haud du-
„bie diligenter Appianus perse-
„cutus fuerat, sed cum antece-
„dentibus periit. Quia immo reli-
„qua etiam pars istius *Parthici*
„*fere tota ex Antonio Plutarchi*
„*est descripta.* Id, etsi nonnihil
„alienum ab hoc loco, tamen obi-
„ter commemorare volui; ut, si
„qui hæc nostra legentes fortassis
„eandem rem animadvertissent,
„quid nos sentiremus, intellige-
„rent, rudioresque dubitatione ali-
„quantum solverentur.”

Cui æquissimæ pariter verissimæ-
que XYLANDRI sententiæ qui e re-
centioris memoriæ scriptoribus ac-
cesserit, satis mirari non possum,
me neminem adhuc, præter unum
doctissimum DIONIS CASSII Editio-

storiā ediderit, dubium vix ullum esse potest; atque de eo libro jam supra a nobis nonnulla commodo loco (*Sectione III. num. XIII.*) dicta sunt. Sed quod si hanc, de quo nunc quærimus, compilationem hac una de causa, quod librario cuidam nomen eidem APPIANI præfigere placuit, pro genuino illo Scriptoris nostri *Parthico libro* habendus sit; cum reclamet refrageturque quidquid de toto APPIANI genere conscribendi historiam ex reliquis ejusdem Scriptoris libris, deperditorumque librorum fragmentis, compertum habemus; jam valere profecto jubeamus necesse est omnem Criticam Artem, ac pro meris sive somniis sive calumniis habeamus quæcunque a Viris doctrina ac sagacitate præstantibus de librorum quorundam *ψευδερῶν γράφων* ac *Supposititiorum*, quos vocamus, ratione, qui celebrium Auctorum nomina mentiantur, passim disputata legimus.

IV. Sed quoniam, veluti conjuratione quadam contra APPIANUM facta, ita solet a plerisque plagii crimen eidem inferri, ut non solum *Plutarchum*, sed etiam alios sæpe Scriptores, compilasse dicatur; de toto hoc genere accusationis video mihi esse hoc loco dicendum. Ac primo quidem, *utrum omnino*, cum nono ab Urbe condita seculo universam Romanam historiam, inde ab origine gentis, conscribendam susceperit APPIANUS, *earum rerum memoriam, quæ ante*
ipsius

rem HERM. SAM. REIMARUM, reperisse. Is autem, postquam XYLANDRI verba, modo a nobis allata, & ipse in *Prefatione ad Dionem* suum, §. 14. p. XXII. retulerat, hæc subjecit: *Vere omnino hæc Xylander; nec dubito, illum alium, qui hæc Plutarchi mutilo Appiani Parthico inferfit, fuisse librarium, qui ut vendere magis integrum Appianum posset ca-*

rius, ex furto lucrum captarit. In quo cetera perspecte ac præclare REIMARUS; hoc minus accurate, quod, PLUTARCHI narrationem *mutilo Appiani Parthico inferitam* esse, dixit. Non enim *mutilus Appiani Parthicus*, sed *nullus*, ad nos pervenit: neque *inferita Appiani Parthico libro* sunt illa, quæ PLUTARCHO debentur; sed ex his ipsis tota farrago *sup-*

ipsius ætatem gesta sunt, ex aliis Scriptoribus repetere debuerit, nec ne? de hoc quidem nulla, opinor, quæstio esse debet. *f)* Quibus auctoribus usus sit? & qua ratione scripta horum in usum converterit suum? id unice in hac tota disputatione quæri cum ratione potest. Ac ad priorem quidem quod attinet quæstionem, *de Auctoribus, quos secutus sit Scriptor noster*; non nimis facile ad eam responderi posse, fateor; quoniam & parcissimus APPIANUS est in citandis suorum Auctorum nominibus, & vero longe etiam maxima pars antiquiorum illorum Scriptorum, e quibus citra dubium sua hausit Noster, jam dudum periit, ut quibusnam præ ceteris usus sit, aut quid ex eorum quoque desumserit, frustra hodie quæras. Quod si tamen ex iis Auctoribus, quos ab APPIANO per occasionem & velut in transitu advocatos reperimus, de ceteris licet conjecturam capere; summa cum veri specie colligetur, nonnisi probatissimos quosque ac vetustissimos Auctores, &, quoad fieri poterat, coævus, in quaque historiæ suæ parte esse secutum. Atque id eo facilius, quisquis non præoccupatum contra APPIANI auctoritatem ad hanc quæstionem animum adfert, sibi persuadebit; si illam ab omni affectatione alienam gravitatem, illamque sine humilitate simplicitatem, quæ universam APPIANI scriptionem nobilitant, consideraverit; si porro illam summæ veracitatis laudem cogitaverit, Scriptori nostro a PHOTIO tributam; denique si

posititii illius Parthici libri corrasa atque consuta est, præter Exordium libelli, quod nimirum ex ipsius APPIANI Syriaco libro (p. 120.) repetivit Compiler.

f) Sunt tamen inter APPIANI obrectatores, qui ita incaute hunc nostrum Scriptorem accusare sustinerint, tamquam id ipsum, quod ex aliis Scriptoribus Historiam

suam hauserit, ei vitio vertere voluissent. E quorum numero ne VOSSIUS quidem exemptus est, qui (de Historicis Græcis l. c.) ita scribit: APPIANUM Scaliger vocat alienorum laborum fucum. SANE, MULTUM POLYBIO DEBERE, ac Plutarchum ad verbum exscribere solitum, viri docti jam diu observant.

H

secum reputaverit, quam parum probabile sit, hominem literatum, qui primum Romæ sub ipso Imperatorum conspectu in causis agendis fuisset versatus, qui dein in nobilissima provincia, eademque literarum studiis eo ipso tempore florentissima, ad præcipuam dignitatem fuisset evectus, tam parum parcere suæ famæ voluisse, ut, cum & nominis celebritate g) & muneris dignitate inter ceteros conspicuus esset, nunc miseram aliquam compilationem, ex proximo quoque & mediocri ac minoris ordinis Scriptore, quin etiam ex coævi præsertim sibi Scriptoris paulo ante in lucem editis voluminibus, confarcinatam pro *Historiarum Romanarum Corpore*, cujus ipse se auctorem profiteretur, in vulgus edere non dubitavisset.

V Ae ne temere a nobis, aut nimio quodam in nostrum Scriptorem studio, dictum hoc videatur. quod de *Autoribus ab APPIANO citatis* monuimus; haud abs re erit, feriem eorum Scriptorum, quotquot ab eodem citatos enotavimus, hoc loco adponere. Eos autem pro temporum ordine, in quorum temporum rebus gestis illi scriptores ab APPIANO citantur, collocare, commodissimum putavimus.

I. Igitur primum in *Celtico libro*, ubi Dorfonis cujusdam, sacerdotis, tam felicem quam religiosam audaciam commemoravit, qui, obsesso a Gallis Capitolio, solenne sacrificium in Vestæ templo peracturus, ex arce per medios ho-

g) Certe nominis sui celebritatem (minime quidem gloriose, sed ingenua illa simplicitate, quæ in universo APPIANI opere perlucet) in fine *Proæmii* cum aliis verbis, tum his ipsis indicare videtur, quum, *quinam autem sim*, inquit, *harum historiarum scriptor*, *multis notum est*: Τίς δὲ ὧν ταῦτα συνέγραψα, πολλοὶ μὲν ἴσασι. . . καὶ ἢ τῶ ἐπειδὴ καὶ τὰ λοιπὰ μα-

θεῖν, ἔστι μοι καὶ περὶ τούτου συγγραφή. *Cetera qui volet* (de vita mea) *scire, ex Commentariis nostris de eo argumento scriptis poterit cognoscere.*

h) In *Excerpto* apud VALESIUM p. 557. ubi in M^L quidem *Κάσσιος* erat; quod recte a VALESIO in *Κάσσιος* mutatum videtur.

i) *Noct. Attic. L. XVII. c. 21.*

k) *PLINIUS Hist. Nat. Lib. XIII.*

stes illæsus transierat, peractisque sacris in Capitolium rursus incolumis evaserat; ibi ejus rei, cujus nullam apud alium Scriptorem, qui hodie existet, mentionem factam reperio, CASSIUM auctorem testatus est APPIANUS. *h)* Is autem sine dubio LUCIUS ille CASSIUS HEMINA est, quem A. GELLIUS quoque simpliciter CASSII nomine citavit. *i)* Is *quatuor libros Annalium* ediderat; &, quamquam longe posterior fuit iis temporibus ad quorum historiam eo loco testis ab APPIANO advocatur, quum ineunte septimo demum post urbem conditam seculo vixerit, erat tamen *ex antiquissimis*, qui exstarent, rerum Romanarum scriptoribus, eoque nomine & a PLINIO plus semel laudatus est, qui etiam disertis verbis *vetustissimum auctorem Annalium* eundem appellavit. *k)*

2. De Alexandri M. rebus in Asia minori gestis, HIERONYMUM citavit APPIANUS. *l)* Is HIERONYMUS CARDIANUS est, qui proxime post Alexandri ætatem vixit, atque *rerum ab Alexandro itemque a proximis ejus successoribus gestarum* Historiam conscripserat. *m)*

3. In *Annibalica* historia Q. FABIIUM PICTOREM, æqualem temporibus illis scriptorem, citavit; quem eundem LIVIUS in ea historia potissimum habuerat auctorem. *n)*

4. In historia excidii Carthagini, POLYBIUM adfert auctorem. *o)*

c. 13. §. 27. & Lib. XXIX. Cap. 1. §. 6. Conf. VOSSIUS *de Historicis Latinis* Lib. I. c. 7. p. 26. sq.

l) Libro *Mithridat.* p. 175. D.

m) De eo vide VOSSIUM *de Hist. Græcis* L. I. Cap. XI. p. 65. sq. De ætate autem ac persona ejusdem HIERONYMI præcipue constat ex DIODORO SICULO, Lib. XVIII. c. 42. & 50. & Lib. XIX. cap. 44.

n) APPIAN. *Annibal.* p. 329. B. LIVIUS Lib. XXII. cap. 7. & alibi. Ejus FABII fidem historicam contra POLYBII reprehensiones peculiari commentatione defendit JOH. AUG. ERNESTI, quæ *Opusculis ejus Philologicis Criticis*; p. 102. sqq. inserta est.

o) Libro *Punico* p. 82. E.

H 2

5. In belli Numantini historia P. RUTILIUM RUFUM testem advocat, qui eo ipso bello tribunus sub Consule Scipione militaverat. p) Is autem doctus vir, & græcis literis eruditus, Romanam historiam Græco sermone conscriptam ediderat q)

6. In rerum Gallicarum historia, ubi de Cæsaris bello contra Helvetios ac Tigurinos agit APPIANUS, eodem loco cladis illius ignominiaque mentionem facit, quam superiore tempore A. U. 647. a Tigurinis passus erat L. Cassius Consul; ibique, quamquam & ipse CÆSAR in *Commentariis* suis r) ejusdem rei eodem loco mentionem fecerat, tamen alium antiquiorem atque coævum, ut videtur, testem advocare maluit. In *Epitome* certe libri *Celtici*, quæ hodie

p) APPIAN. *Hist. Iberica* pag. 305. B. & ex eo SUIDAS v. Πρωστίας.

q) Vide VOSSIUM de *Hist. Lat.* L. I. c. 9. p. 37. sq. & de *Hist. Græc.* L. I. cap. 22. p. 141. sq.

r) CÆSAR de *Bell. Gall.* Lib. I. c. 12.

s) In APPIANI *Operibus*, p. 755. C. D. ejusdem, quæ semper a nobis citatur, HENRICI STEPHANI Editionis.

t) Sic ubi de *Numero Cæsarum* agitur in pugna Pharfalica, auctorem citat APPIANUS *Afinium Politionem*, qui ei pugnae inter Cæsaris duces interfuerat. De cæsarum autem numero in aliis præliis, CLAUDII *Annales* a LIVIO duobus locis citatos legimus. Lib. XXV. 39. & XXXIII. 10.

u) Simili occasione RUTILIUM RUFUM citaverat Noster; neque dispari admodum ratione POLYBIUM & Q. FABIUM PICTOREM;

locis jam modo ad numm. 3. 4. 5. indicatis.

x) CLAUDII quidem, *Annalium Auctoris* cum apud alios Scriptores, tum sæpe apud LIVIUM, ac sæpissime apud A. GELLIUM mentio occurrit. Mihi que LIVIUM cum A. GELLIO conferenti, vix dubium videbatur, quin CLAUDIUS ille, quem LIVIUS citavit, quem is *Græcos Acilianos libros secutum esse, eosdemque ex Græco in Latinum sermonem vertisse ait*, (Lib. XXV. cap. 39. XXXV. 14.) quem eundem idem LIVIUS plus semel una cum *Valerio Antiate*, alio *Annalium* Scriptore, nominat, (Lib. XXV. 39. XXXIII. 10) non diversus habendus sit ab eo, quem A. GELLIUS alias simpliciter CLAUDIUM, alias Q. CLAUDIUM, tum CLAUDIUM QUADRIGARIUM, aut etiam nude QUADRIGARIUM vocat; quem eundem idem A. GELLIUS quoque cum *Valerio Antia-*

supereft, s) ubi de illa clade agitur, ad CLAUDII PAULI *Annales* (Πάυλος τῆς Κλαυδίας χρονικὰς Συντάξεις) provocatum videmus. Sed cum non nisi singulari quadam oblata occasione Scriptorem aliquem nominatim advocare soleat APPIANUS; suspicor, etiam eo loco ad singulare aliquod ejus casus momentum, (forte, ubi de numero cæforum captorumque, de quo dissentirent scriptores, APPIANUS agebat; t) aut quod ille Annalium Scriptor in eo ipso bello u) militaverit) eum Auctorem fuisse ab APPIANO citatum; x) temere autem ab *Epitomatore* nomen illius Scriptoris, omiffa ea re ad quam testimonio ejusdem usus APPIANUS erat, *Epitomæ* huic fuisse infertum.

7. De Cæsaribus cum Craffo atque Pompejo conspiratione

te sæpius confert; & quem VELLEJUS PATERCULUS L. II. c. 9. sicut & RUTILIUM & eundem, quem modo nominavi, *Valerium Antiatem*, *Sifennæ* æqualem fecit. *Sifenna* autem (quod ibidem VELLEJUS testatur) bello Numantino (circa A. U. 620.) juvenis fuerat; sed opus belli *Civilis Syllani post aliquot annos* (scilicet quam illud civile bellum compositum fuerat) ab eo seniore editum est. Ex quo colligitur, CLAUDIUM hunc eo ipso tempore vixisse, in cujus temporis historia eum ab APPIANO testem videmus fuisse advocatum. Quoniam autem superiori seculo vixerat ACILIUS, ejus *Annales* CLAUDIUS non modo in latinum sermonem transtulisse, sed ad sua etiam tempora continuasse, intelligendus est.

Neque vero lectio ea, quæ in APPIANI exemplaribus vulgo exhibetur, cum *Claudius Paulus*, non

Quadrigarius aut *Q. Claudius*, vocatur, nobis obstare debet, quominus eundem Q. CLAUDIUM QUADRIGARIUM hoc loco ab APPIANO indicatum fuisse putemus. Sed quoniam ceteroquin non solum inter tot Auctores Annalium Romanorum, quorum nobis nomina conservata sunt, nulla omnino *Claudii PAULI* mentio fit, sed etiam in tota *Claudia* gente nullus umquam PAULUS cognomine memoratur; vix dubitandum est, quin pro corrupto PAULI illud nomen haberi debeat: quod etiam VOSSIUS judicavit de *Historicis Latinis* L. I. cap. X. p. 44. *Augustanus* quidem Codex hoc loco nullum adjumentum potest adferre, quum tota hæc *Celtici Libri Epitome* in eo Codice non contineatur. Videndum interim erit, an, pro Πάυλω τῆς Κλαυδίας, in aliis Codicibus Κοίνῳ Κλαυδίῳ, aut alia quædam hujus loci emendatio, inveniatur.

H 3

verba faciens APPIANUS, *Scriptorem ejus temporis, VARRONEM*, ait, *Historiam illius conspirationis singulari libro esse complexum, eumque Librum inscripisse, Τρικάρανον*, id est, *Tria Capita*, vel *Monstrum Triceps*, aut, quemadmodum GELENIUS interpretatus est, *Tricipitinam Historiam*. γ) Is autem Scriptor, utrum sit doctissimus ille Romanorum ac πολυγραφέωτατος M. TERENTIUS VARRO, an ab hoc diversus, quum a nemine alio ex Veteribus scriptionis ejus mentionem factam reperiam, in medio relinquo. Illud

γ) *Civil. II. p. 433. A. Καί τις αὐτῶν τήνδε τήν συμφροσύνην συγγραφεύς, ΒΑΡΡΩΝ, ἐνὶ βιβλίῳ περιλαβῶν ἐπέγραψε ΤΡΙΚΑΡΑΝΟΝ.* — Τρικάρανον autem alias etiam nomen olim fuisse invenitur Castellum cujusdam in Argivorum ditione siti; quod castellum Demosthenis ætate sibi vindicabant Phliasii. Vide DEMOSTHENEM ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν, Tom. I. Edit. REISKII p. 206. & HARPOCRATIONEM ac SUIDAM in ea Voce. Quare quamquam vulgo Κάρινον, *caput*, per κ litteram in media voce scribitur; tamen nihil opus erat, scripturam illius Nominis apud Nostrum h. l. in Τρικάρανον mutare; quod fecit FREINSHEMIUS in *Supplementis Livianis*, Lib. CIII. Cap. 74; quem secutus est REIMARUS ad DIONEM CASSIUM Tom. I. p. 146. not. 218. FREINSHEMIUS autem hac etiam parte aliter cepisse APPIANI verba, quam illa per se sonant, videtur, quod totam istam VARRONIS scriptionem pro mera *Satyra* habuerit, non pro *Historia* illius *Triumviratus*, cui *historiæ mordax*

ille titulus fuerit inscriptus. *Tricipitem illam conspirationem*, inquit, *velut infernale monstrum Cerbereo ricfu absorbentem omnia, M. VARRONIS SATYRA*, sub titulo *TRICARENI*, perstrinxit.

2) Οὐάρρων δὲ ἦν φιλόσοφος τε καὶ ἱστορίας συγγραφεύς, ἐσραλευμένος τε καλῶς καὶ ἐσραληνηκῶς. κ. τ. λ. *De Bellis Civil. L. IV. p. 616. E.* Similiter aliorum *Varronum* nomen apud Nostrum Οὐάρρων, non Βάρρων, scriptum reperitur. Vide *Librum Hispanic. p. 286. B. & Anibalicum, p. 323. C.* Neque vero silentio præterire debeo, a *Vaticano Codice*, e quo APPIANUM transtulit CANDIDUS, hoc nostro loco nomen illud *Varronis* plane abfuisse. *Interpres* certe, omisso Scriptoris nomine, quem dicit APPIANUS, his verbis locum nostrum latine reddidit: *Horum igitur consensum uno libro reprehendens quidam, Tricipitium eos nuncupavit.* pag. 90. Edit. *Mogunt. 1522.* nec aliter antiqua *Veneta* habet anni 1477. Sed & sæpe alias in illo *Romano Codice* unam aut

moneo, in *Augustano* Codice, quemadmodum & in Impres-
sis, hoc loco *Varronis* illius nomen per literam Β, Βάρρων,
scriptum esse, quum alibi, ubi *Varronis Historici ac Phi-*
losophi, inter eos qui tertio Triumviratu in Proscriptorum
numero fuerunt, mentionem fecit Noster, recte Ουάρρων
exhibeatur. ζ)

8. In earum rerum historia, quæ sunt a Cæsare in Gal-
lia gestæ, ipsius etiam *Cæsaris Ephemeridas* sive *Diarium*
rerum a se gestarum citavit APPIANUS. aa) Quod si in eo-

alteram vocem, nonnumquam
etiam plures quasdam, fuisse omif-
sas, quantum quidem ex *latina*
Versione colligere licet, (quæ fa-
tis presse Græca verba, quatenus
eorum vim perceperat Interpres,
sequi solet) comperimus: atque
hoc ipso quidem loco non solum
nomen Βάρρων vel Ουάρρων, sed
etiam alterum, συγγραφεὺς, simul
cum eo abfuisse, ex eadem ver-
sione facile patet.

aa) In *Excerpto* ex APPIANI li-
bro *Celtico*, Num. XVI. apud UR-
SINUM p. 351. sq. de internecino
illo bello agitur, quo Usipetes &
Tenchtheros, Germanas gentes,
prostravit extirpavitque Cæsar; qua
clade *quadraginta* non ΧΙΑΙΑ-
ΔΕΣ, quod vitiose apud URSINUM
legitur, sed *quadraginta* ΜΥΡΙΑ-
ΔΕΣ hostium perierunt; quemad-
modum recte (cum CÆSARE de
Bell. Gall. IV. 15. & PLUTAR-
CHO in *Cæsare* p. 718 F.) exhi-
betur in *Epitome* Libri *Celtici*,
operibus APPIANI inserta p. 756.
C. In eodem igitur *Fragmento*,
postquam de gentium illarum Ger-

manicarum clade dixerat, sic per-
git APPIANUS: Κάτωνά τε ἐν Ρώμῃ,
τῶν τις συγγραφέων φησὶ, γνώμην ἐσε-
νεγκεῖν, ἐκδοῦναι τοῖς βαρβάροις τὸν
Καίσαρα, ὡς ἐναγὲς ἔργον ἐς διαπρε-
βευσμένους ἐργασάμενον. Ὁ δὲ ΚΑΙ-
ΣΑΡ ἐν ταῖς ἸΔΙΑΙΣ ἈΝΑΓΡΑΦΑΙΣ
ΤΩΝ ἘΦΗΜΕΡΩΝ ἘΡΓΩΝ φησὶ,
τοὺς Οὐσιπέτας καὶ Τανκρέας, κε-
λευομένους ἐκπηδᾶν ἐς τὰ ἀρχαῖα σφῶν,
φάναι, ΠΡΕΣΒΕΙΣ ἘΣ ΤΟΥΣ ἘΚ-
ΒΑΛΟΝΤΑΣ ΣΟΥΗΒΟΥΣ ἈΠΕ-
ΣΤΑΛΚΕΝΑΙ, ΚΑΙ ΤΑΣ ἈΠΟ-
ΚΡΙΣΕΙΣ Ἀττων ἀναμηνεῖν.
Καὶ ἐν ταῖςδε ταῖς διαπρεβεύσεσιν ἐπι-
δέσθαι κ. τ. λ. *Romæ* Catonem, ait
non nemo ex illius temporis Scri-
ptoribus, (is Scriptor *Tanufius Ge-*
minus est, cujus nomen male in
PLUTARCHI Exemplaribus Γανύσιος
legitur,) censuisse, barbaris tra-
dendum esse Cæsarem, ut qui ne-
farium facinus adversus eos, qui
per legationes cum ipso egiissent,
patrasset. CÆSAR autem ipse in
DIARIO RERUM A SE GE-
STARUM scribit, Usipetes at-
que Tenchtheros, quum ab eo
jussi essent pristinas suas sedes

dem argumento a PLUTARCHO quoque ad id, quod ea de re scripserit CÆSAR, provocatum videmus; satis tamen evidenter ex PLUTARCHI cum APPIANO collatione apparet, Nostrum

ocys repetere, dixisse: SE AD SUEVOS, A QUIBUS PATRIA PULSI FUISSENT, MISISSE LEGATOS, EORUMQUE RESPONSA EXSPECTARE: atque inter eas legationes in Romanos de improvviso impetum fecisse.

bb) Scilicet quoniam in eadem historia PLUTARCHUS quoque (p. 718. F.) ad id provocavit, quod ea de re CÆSAR ἐν τῶν Ἑθνῶν μέρει scripserit; possit fortasse aliquis, præiudicio eorum imbutus, qui e PLUTARCHO plurima sua hausisse APPIANUM statuerunt, sibi persuadere, etiam hanc ipsam, de qua agimus, verborum CÆSARIS citationem eidem PLUTARCHO debere Nostrum. Sed, præterquam quod plane precario, ac nulla omnino ratione, illud adfirmaretur; quoniam, quæ via ad CÆSARIS scripta PLUTARCHO patuerat, eadem sane APPIANO non minus erat aperta; quisquis sive hunc ipsum, de quo quærimus, Scriptoris nostri locum, sive reliqua *Fragmenta*, ex eadem *Gallica APPIANI historia* (Num. XIII. XIV. ac XV. apud URSINUM) voluerit cum PLUTARCHO conferre, is facile se ipse docere potest, ne posse quidem ea, quæ APPIANUS habet, e PLUTARCHO esse depromta: siquidem in quoque illorum

Fragmentorum mentionem factam rerum quarumdam aut momentorum deprehendimus, quarum rerum ne vestigium quidem apud PLUTARCHUM occurrit. Quo pertinent ea, quæ hoc ipso loco respondisse Cæsari Germanorum legati referuntur; quæ *Fragm. XV.* de colloquio Ariovisti cum Cæsare; quæ *Fragm. XIV.* de occasione, qua Ariovistus petiverat, ut a Populo Romano Rex & amicus appellaretur; denique quæ *Fragm. XIII.* de muro a Cæsare ad intercludendum iter Helvetiis exstructo, itemque de legatione Helvetiorum ad Cæsarem, relatum ab APPIANO legimus.

cc) Illud importuni habere idem APPIANI locus, in quo versamur, videri potest, quod, quæ verba ex ipso Cæsare se attulisse diserte professus est APPIANUS, ea in *Commentariis* quidem de *Bello Gallico*, eo loco, ubi de eadem legatione Germanicarum nationum agit CÆSAR, frustra quærantur. Nam pro eo, quod apud APPIANUM est, *Usipetes atque Tenchtheros Cæsari dixisse, se ad Suevos, a quibus domibus pulsi fuissent, misisse legatos, eorumque responsa exspectare*, apud CÆSAREM de *B. G. Lib. IV. Cap. XI.* ad verbum sic legimus: *Petebant (Usipetes atque Tenchtheri,) sibi*

strum Chæronensi Scriptori, neque hoc ipso loco, neque in tota Cæsaris Gallica Historia, quidquam debere. *bb)* Vellem, æque facile alia difficultas expediri posset, qua premi eundem hunc APPIANI locum, in quo versamur, video. *cc)*

uti potestatem faceret (Cæsar) in Ubios legatos mittendi; quorum si principes ac Senatus sibi jurejurando fidem fecissent, ea conditione, quæ a Cæsare ferretur, se usuros ostendebant: ad has res conficiendas sibi tridui spatium daret.

Jam hoc quidem non magnopere movere nos debet, quod in rerum, de quibus ibi agitur, expositione a CÆSARE discrepare videatur APPIANUS; neque, eo nomine reprehendendum Scriptorum nostrum, putaverim. Primum enim, quin potuerit atque etiam debuerit accuratus Scriptor, non modo integra manente, sed etiam postulante, rei veritate, nonnumquam ab eo paulisper recedere, quod in *Commentariis* suis ipse CÆSAR retulit; id quidem non facile dubitabit is, qui judicium illud, per se etiam satis probabile, cogitaverit, quod de eorumdem *Commentariorum* ratione auctoritateque, ab ASINIO POLLIONE latum, apud SÆTONIUM legimus, in *Julio*, Cap. LVI. Atque ubi de ejusmodi re præsertim agebatur, quæ magnam Cæsari invidiam conflaverat, atque in criminationem læsæ juris gentium sanctitatis eundem adduxerat; ibi eo facilius fieri potuit, ut sui quodammodo purgandi causa nonnulla

paulo aliter, quam res habuerat, exponeret: quemadmodum etiam initio ejus *Fragmenti*, de quo hoc loco agimus, haud obscure innuit Noster, se in ea re non nimis fidere CÆSARIS narrationi, *sibi que* (alios procul dubio probatos Scriptores de eadem re conferenti) *videri, postquam illam de equitatu Cæsaris victoriam retulissent Germani, tum primum demum legatos ad Cæsarem misisse; Cæsarem vero, retentis legatis, eos esse adortum.* Sed in ea parte narrationis, ubi quæritur, *Cæsari quid dixerint legati Germanorum?* ne pugnare quidem tam directa fronte cum CÆSARE APPIANUS putandus est, quin conciliari inter se ambo Scriptores, si id tanti videatur, facili quadam ratione possint. Nam in legationibus illis, quas plus semel intra paucos dies ad Cæsarem miserunt Germanicæ illæ nationes, facile intelligitur, varios sermones ultro citroque cecidisse; Usipetesque illos ac Tenchtheros, ut solet esse leve atque ad quodvis momentum mobile barbararum gentium ingenium, Cæsari urgenti, neque moram patienti, jam hoc, jam illud respondere potuisse. Adeoque ex illis colloquiis alia pars a CÆSARE in *Commentariis* suis relata esse, possit putari; alia ab alio Scriptorum commemorata, quem

9. In pugnae Pharsalicæ descriptione, ubi de strategemate quodam agitur, quo in ea pugna usus erat Pompejus, ex *EPISTOLIS* CÆSARIS locum quemdam attulit APPIANUS; quo, ejusdem rei mentionem faciens CÆSAR, suum

secutus APPIANUS fuerit. Quemadmodum etiam CASSIUS DIO, in eadem historia, nihil memorat de sedibus in Ubiorum ditioe capiendis; sed diserte scribit: "Germanos illos Cæsari promississe, se IN PATRIAM SUAM REGRESSUROS, adeoque inducias petivisse" ἰθαλοῖται "ΟΙΚΑΔΕ ΕΠΑΝΗΞΕΙΝ ὑπέσχεοντο, καὶ διαχωρῆν ἠτήσαντο. Lib. XXXIX. Cap. 47. Tom. I. Edit. Reimari, p. 215.

Sed nimirum, quum ea potissimum sit loci hujus, in quo versamur, difficultas, quod verba illa, quæ tanquam a CÆSARE perscripta retulit APPIANUS, apud eundem CÆSAREM hodie non legantur; de hoc genere dissensionis, quæ inter eos Scriptores intercedere videtur, quid tandem dicemus? — Continuo ne arguamus Nostrum, quod negligentius inspexerit eum, quem citavit, auctorem? Humani aliquid pati APPIANUM potuisse, minime equidem negaverim. Sed, quatenus commoda ratio superest, illius negligentiae culpa accuratum ceteroquin Scriptorem liberandi, nimis dura atque præpropera fuerit illa sententia, in eam partem pronunciata. An igitur ex alio quodam Scriptore, in quem negligentiae illius accusatio recidat, istam Cæsaris citationem in suam Historiam

transtulisse, dicamus APPIANUM? Facere illud quidem, citra gravem magnopere culpam, potuerat: sed non dissimulandum est, ita scribere Nostrum, tanquam ipse suis oculis id quod ex CÆSARIS *Ephemeridibus* refert, in eo libro, ad quem provocat, legisset. Quid ergo? An vitiose hunc totum locum expressum fuisse dicemus in eo Codice, e quo *Fragmenta* hæc APPIANI edidit URSINUS? Scatuisset fane vitiis Codicem illum, cum ex vitiosis illis Lectionibus apparet, quas satis frequentes in impressis exemplaribus reliquit Editor; tum vero ex ejusdem Editoris *Notis*, quibus ille docet, quam infinitis in locis vitiosas MSti Lectiones emendarit. In quo quidem illud non optime fecit URSINUS, quod sæpius omiserit docere lectorem suum, quid fuerit, quod in Codice scriptum reperisset: quod eo magis etiam dolendum est, quoniam eundem Editorem, quum vitiis purgare Græca, quæ edebat, vellet, non numquam probas etiam Codicis Lectiones loco movisse, aut, quæ in vitio quidem cubabant, ea cum aliis æque vitiosis commutasse,prehendimus. Ac hoc quidem eodem loco, de quo quarimus, mendo non caruerat Codex MStus; quum in illo, pro ἐς τοὺς ἐκβαλλόντας Σουήτους, scriptum fuerit, ἐς

de illo Pompeji instituto iudicium interposuerat, simile ei iudicio, quod ab eodem Cæsare in *Commentariis de Bello Civili* repetitum hodieque legimus. *dd*) In eodem argumento rursus a PLUTARCHO ad idem Cæsaris iudicium provocatum

τὰς ἐκδιδόντας νήδους, quod diserte ad eum locum monitum ab Editore legimus. Sed, quamquam forte de alia medicina eidem loco adferenda cogitare aliquis posset; equidem, ut dicam quod sentio, UR-
SINI illam huius loci emendationem eo minus dubito ratam habere, quod & per se simplicissima, & DIONIS CASSII verbis, paulo ante allatis, quodammodo confirmata videatur.

Mihi, controversum istum Scriptoris nostri locum cum eo Fragmento conferenti, quod ex eisdem CÆSARIS *Ephemeride* conceptissimis verbis adduxit SERVIUS in *Lib. XI. Æneidos v. 743*. (vid. *Fragmenta J. CÆSARIS*, plerisque Editionibus *Commentariorum* ejusdem subjecta, conf. RUALDUS, *Observat. XXI. in Plutarchum*) cujus Fragmenti similiter nullum vestigium in his, qui ad nos pervenerunt, CÆSARIS *Commentariis* conspicitur; etiam atque etiam considerandum visum est, fatisme certum atque evictum sit, (quod quidem præcise contendit DAVISIUS ad illud CÆSARIS *Fragmentum*, in Editione *Oudendorpii* p. 998. sq.) nullam umquam J. CÆSARIS scriptionem, diversam ab eisdem *Commentariis*, existitisse, quæ *Ephemeris* vel *Diarium* fuerit inscripta, quam &

SERVIUS, & APPIANUS, & fortasse etiam PLUTARCHUS ob oculos habuerint? In qua *Ephemeride*, mirum esse non debeat, si nonnulla inserta fuerint, quæ absint a *Commentariis*; aut si alia paulo aliter, quam in iisdem *Commentariis*, fuerint exposita. Observare etiam licet, APPIANUM, ubi *Augusti Cæsaris Commentarios* citat, (vide infra, num. 12.) eos non Ἐφημερίδας aut ἰδίας ἀναγραφάς τῶν Ἐφημερῶν ἔργων, sed Ὑπομνήματα, vocare; quemadmodum & apud STRABONEM (*Lib. IV. ineunte*, p. 177.) superioris CÆSARIS *Commentarios* eodem nomine Ὑπομνημάτων citatos legimus.

dd) Suis prædixerat Pompejus, ut ad Cæsaris incusum, neque se loco moverent, neque tela in hostem conjicerent, sed impetum hostium prætentis hastis exciperent. Καὶ τότε τινὲς (inquit APPIANUS de *Bellis Civil. Lib. II. p. 477. B. C.*) αὐτοῦ τὸ στρατήγημα ἐπαινοῦσιν, ὡς ἄριστον ἐν περικυκλώσει. Ὁ δὲ ΚΑΙΣΑΡ ἐν ΤΑΙΣ ἘΠΙΣΤΟΛΑΙΣ καλὰ μίμψεται· τὰς τε γὰρ πληγὰς ὑπὸ τῆς βολῆς εὐτονωτέρως γίνεσθαι, καὶ τοὺς ἀνδρας ὑπὸ τοῦ δρόμου προθυμωτέρως. ἐσιῶτας δ' ἀποψύχεσθαι τε, καὶ τοῖς ἐπιθέουσιν εὐδλήτους (sic enim cum *Cod. August.* pro vitioso εὐκλήτους legendum esse, facile patet) δι' ἀτρεμίαν, οἷα σκοπούς, εἶναι.

videmus; sed ita, ut ne hoc quidem loco cum ulla veri specie suspicari aliquis possit, ab APPIANO PLUTARCHUM esse compilatum; atque ut dubium esse nullum debeat, quin Scriptor noster, quæ de ea re ex CÆSARE retulit, ea ex ipso fonte, ad quem provocavit, in suam historiam derivavit. ee)

10. In ejusdem Pharsalicæ pugnæ descriptione disertis etiam verbis testatum facit APPIANUS, *ſe PLURIUM SCRIP-*

ἽΟ καὶ τότε γενέσθαι τὸ γὰρ δέκατον τέλος σὺν αὐτῷ περιδραμεῖν τὰ λοιπὰ τοῦ Πομπηίου, ἔρημα ἰσπεύων γενόμενα, καὶ πανταχόθεν ἀτρεμοῦντας ἐς τὰ πλευρὰ ἰσακονίζειν· μέχρι θορυβουμένοις ἐμπεσόντας εἰς τρέψασθαι, καὶ τῆς νίκης καλάρξαι. Quæ quidem accurate satis cum eis consentiunt, quæ apud CÆSAREM de *Bello Civili*, III. 92. leguntur; excepto quod apud APPIANUM, in fine loci adducti, *initium victoriæ a decima legione ortum* dicat CÆSAR; quam laudem in *Commentariis* suis l. c. Cap. 94. illis sex cohortibus tribuit, diversis a decima legione, quas contra equitatum Pompeji in quarta acie locaverat. (Conf. CÆSAR *ibid.* Cap. 89. PLUTARCHUS in *Pompejo*, p. 656. A. & in *Cæsare*, p. 728. F. & 729. A. APPIANUS p. 475. C.) Sed nimirum ne ad *Commentarios* quidem CÆSARIS, verum ad *Epistolas* ejusdem, videmus provocasse APPIANUM. Neque vero mirum videri debet, (quemadmodum paulo ante jam monuimus) si vel in *Ephemeridibus* suis, vel in *Epistolis*, nonnulla aliter retulit CÆSAR, quam in *Commentariis* ab eodem perscripta leguntur; neque cul-

pandus APPIANUS, si in rerum a Cæsare gestarum narratione, quas ipse CÆSAR in *Commentariis* illis suis exposuit, eorundem *Commentariorum* fidem neque unice, & ne præcipue quidem, est secutus.

Exstitisse autem, ac in vulgus editas fuisse, CÆSARIS *EPISTOLAS*, cum ad *Senatum*, tum ad *Familiares*, SÆTONIUS testis est, Cap. LVI: qui quamquam dicit, ad *Familiares de domesticis* potissimum *rebus* scripsisse Cæsarem; tamen facile cogitari potest, atque etiam ex *Fragmentis*, quæ supersunt, illarum *Epistolarum* patet, rerum a Cæsare publice gestarum haud raro quoque fuisse in eisdem mentionem factam. Quod autem laudem illam facti victoriæ initii, quam laudem in *Literis* ad *Familiares*, re nuperrime gesta, decumanis suis tribuerat, deinde in *Commentariis* suis, ab his in alios transtulerit CÆSAR; ejus rei probabilis etiam causa intelligitur: nimirum quod eo tempore, quo *Commentarios* suos edidit, post excitatam illam, ab eadem decima potissimum legione, cum acerbis in Cæsarem comminationibus seditionem, (de qua vide APPIANUM *Civil.*

PTORUM, & quidem ROMANORUM, id est, LATINORUM, narrationes inter se contulisse; atque eos secutum esse Auctores, quos præ ceteris fide dignissimos judicaverit. ff)

II. Ex illis autem Latinis Scriptoribus, quos ob oculos in ea parte Historiæ suæ habuit APPIANUS, non minimum tribuisse videtur ASINIO POLLIONI; quem quidem sub finem ejusdem descriptionis Pharsalicæ pugnæ nominatim te-

Lib. II. p. 485 - 487.) alienatum ab illa legione, quam reliquis omnibus semper alias prætulera, animum haberet. Ac nescio, an in ipsa ea ratione, qua sex illas cohortes laudat CÆSAR (de Bello Civ. III. 94.) aliquid etiam affectationis quodammodo perluceat; tanquam si contrariam aliquam sententiam, qua laus ea alii parti aciei Cæsarianæ tribui consuevisset, data opera e mentibus lectorum fuorum voluisset evellere.

ee) Apud PLUTARCHUM in Cæsare p. 729. B. & in Pompejo p. 656. C. eadem Cæsaris sententia, excepta posteriori parte, quæ apud APPIANUM est, nescio, ex Commentariis, an ex Epistolis CÆSARIS, relata legitur. Eadem autem PLUTARCHI loca, & quidquid ille de Pharsalica pugna, sive in Cæsaris Vita, sive in Pompeji, retulit, qui cum his contulerit, quæ de eodem argumento late & enucleate APPIANUS habet; næ is valde ridiculus sit, si, quidquam in tota illa Historiæ suæ parte e PLUTARCHO, non dico transcripserit APPIANUM, sed vel quoquo modo in usum suum convertisse, pertinacius adfirmet.

ff) Noster de Bellis Civil. Lib. II. p. 471. C. Στρατιὰ δ' ἦν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πολλῶν ἀμφίλογα εἰπόντων, ἐπομένῳ μάλιστα Ῥωμαίων τοῖς τὰ πιθανώτατα γράφουσι, κ. τ. λ. Et mox iterum ibid. D. E. Ὡς δὲ μὲν τοῖς τὰ πιθανώτατα λέγουσι δοκεῖ, μυριάδας ἑπτὰ ἀνδρῶν Ἰταλῶν συμπεσεῖν ἀλλήλοις ἐς μάχην. οἱ δ' ὀλιγωτέρους ἑξακισμυρίων φασίν. (sic recte Cod. August. pro οἱ δ' ὀλιγωτέρους, ἑξακισμυρίους φασίν.) οἱ δ' ὑπερεπαίροντες, τεσσαράκοντα μυριάδας γενέσθαι λέγουσι. In quibus postremis verbis, quoniam in toto eo loco non nisi de Italicis quæritur, qui utraque in acie steterint; nescio, an vitiosum sit τεσσαράκοντα μυριάδας, qui numerus vix cuiquam in mentem poterat venire; videndumque puto, an pro τεσσαράκοντα forte τεσσαρασκαιδεκα, aut alium quempiam numerum, exprimere debuerint librarii.

gg) Civil. II. p. 479. B. C. Οἱ μὲν ἐπαίροντες φασί, δυσμυρίους ἐπὶ πεντακισχιλίοις. (Sic cum Cod. August. legendum est, pro ἀμφὶ πεντακισχιλίου.) ἈΣΙΝΙΟΣ δὲ ΠΟΛΛΙΩΝ, ὑπὸ Καίσαρι τῆς μάχης ἐκείνης σφραλιγῶν, ἑξακισχιλίου ἀναγράφει νεκροὺς εὐρεθῆναι τῶν Πομπηίου. Cum quo loco conferatur ille,

stem advocavit. *gg*) Is nobilissimus Scriptor, certatim plurimis suæ proximæque ætatis scriptoribus laudatus, *hh*) *Historiarum Romanarum* septemdecim, ut SUIDAS *ii*) refert, Libros reliquerat; in quibus civile illud Cæsaris Pompejique bellum, in quo ipse sub Cæsaris auspiciis ordines duxe-

quem paulo admodum ante, *nota ff.* citavimus.

hh) Hunc PLINIUS *Hist. Nat.* Lib. VII. Cap. XXX. §. 31. principem oratorem & civem vocavit. Eidem VIRGILIUS *Eclogam quartam*, & HORATIUS *Oden I. Libri II.* inscripsit, quo loco & ejusdem *Historiam belli civilis* celebravit poëta. Alia de eodem Auctore testimonia, quorum pleni sunt tantum non omnes ejus seculi scriptores, ex parte collegit VOSIUS de *Histor. Latin.* Lib. I. Cap. XVII. p. 80. sqq.

ii) SUIDAS, voce Ἀσίνιος.

kk) PLUTARCHUS in *Pompejo* p. 657. Ε. Στρατιώτας δὲ μόνους ἑξακισχιλίουσιν Φησὶ πεσεῖν Ἀσίνιος Πολλίων, μεμαχημένος ἐκείνην τὴν μάχην μετὰ Καίσαρος. Idem in *Cæsare* p. 730. A. B. eandem POLLIONIS auctoritatem adferens, simul ex eodem auctore alium locum refert: quem locum quum a SUETONIO pariter (in *Julio*, Cap. 30.) allatum videamus; nescio, cur non eadem ratione hi, qui PLUTARCHI *Compilatorem* APPIANUM faciunt, etiam SUETONIUM eam citationem PLUTARCHO suffuratum esse, contendant? Sed desinant hi tandem, PLUTARCHUM nobis obgannire; atque videant, Polygraphus ille, cujus scrinia compi-

lasse APPIANUM calumniantur, fatise ipse per se cognitum habuerit aut etiam umquam inspexerit eum, quem citavit, Auctorem? ASINIUM hunc POLLIONEM dico, quem idem ille PLUTARCHUS, qui disertis verbis eum auctorem testatus est, adeo ignorasse videtur, ut ne quidem, quo sermone conscripta fuerit ejusdem Historia, comperit habuerit. Nam *latine* conscriptas fuisse ASINII *Historias*, cum ex aliis rationibus constat, tum ex diserto VALERII MAXIMI testimonio, qui eo ipso loco, (Lib. VIII. Cap. XIII. in *Externis* §. 4.) ubi ad *tertium Librum Historiarum* ejus provocat, ASINIUM POLLIONEM non minimam partem *Romani styli* appellat: cui accedit Fragmentum illud, ex ejusdem ASINII *Historiis* a M. SENECA, *Suasoria VI.* (p. 41. Ed. Paris. 1613.) relatum, quo loco nihil esse in *Historiis* ejus disertius, idem affirmavit SENECA. Atqui PLUTARCHUS, ubi illa Cæsaris verba ex ASINIO POLLIONE retulit, quæ ex eodem apud SUETONIUM allata legimus, ita pergit: Ταῦτα Φησὶ Πολλίων Ἀσίνιος τὰ ῥήματα Ῥωμαϊστί μὲν ἀναφθέξασθαι τὸν Καίσαρα παρὰ τὸν τότε καιρὸν, Ἑλληνιστί δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι. *Hæc verba*, ASINIUS POLLIO memorat,

rat, in primis accurate erat expositum. Quo minus mirum videri debet, si hujus pariter Auctoris citationem, quem præ ceteris & consulere & sequi debebant quicumque ætate posteriores iisdem de rebus scribere adgressi sunt, communem cum PLUTARCHO habet APPIANUS. *kk*)

LATINE Cæsarem eo tempore dixisse, quæ ipse (Asinius Pollio) *GRÆCE* scripsit.

Cogitanti mihi quidem, ecqua ratione defendi PLUTARCHUS posset, (nollem enim is ego videri, qui ex inconsiderata PLUTARCHI accusatione gloriam aliquam APPIANO captem) venit in mentem, posse fortasse locum illum, sive prava scioli cujusdam sedulitate, sive librariorum hallucinatione, esse corruptum; ut duo illa verba ῥωμαϊστὶ & ἑλληνιστὶ commutare invicem sedes suas fuerint coactæ. Adeoque videndum putaveram, an hoc dixerit PLUTARCHUS: *ASINIUM POLLIONEM Cæsaris illa verba LATINE retulisse; sed simul hoc adnotasse, a Cæsare GRÆCO SERMONE ea fuisse prolata.* Ac fieri quidem potuerat, ut Græce illa verba, in Græca potissimum regione tum versans, eloqueretur Cæsar; quemadmodum etiam in ipsa Romana curia Græce allocutus esse M. Brutum: καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον? perhibetur, referente SÆTONIO Cap. 82. Sed huic rationi refragari omnino videtur ipse SÆTONIUS, qui idem illud Cæsaris dictum, de quo quaerimus, ex eodem POLLIONE non solum Latine retulit, sed etiam

ita, ut diserte indicare videatur, totidem plane verbis, adeoque & Latino sermone, illud fuisse a Cæsare pronunciatum. Sic enim SÆTONIUS: *Quod probabilius, inquit, facit ASINIUS POLLIO, -- hoc eum AD VERBUM dixisse referens: HOC VOLUERUNT: TANTIS REBUS GESTIS C. CÆSAR CONDEMNATUS ESSEM, &c.* Superest ergo, ut dicamus, numquam inspectam a PLUTARCHO, ac non nisi ex Græco quodam Scriptore cognitam fuisse eam, ad quam provocavit, POLLIONIS Romanam Historiam: nisi forte Græca quadam versione ejus Libri usus sit, eaque deceptus, eodem sermone librum istum ab Auctore fuisse conscriptum, putaverit. Atque hoc, quod de Græca POLLIONIS versione dixi, probabile quodammodo ex SUIDA fieri possit videri; quum is (voce Πωλίων) *Asinium quemdam Pollionem, genere Trallianum, adeoque Græcum hominem, præter alia, scripsisse, dicit, περὶ τοῦ ἐμφυλίου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καίσαρ τε καὶ Πομπηῖος.* In qua relatione si quid veri inesset; cogitare possemus, ab illo *Tralliano Pollione* Librum eum, quem *Romanus ASINIUS POLLIO* ediderat, in Græcam linguam fuisse conversum; atque Græcum illum

12. Denique & AUGUSTI CÆSARIS ὑπομνήματα, id est, *Commentarios de Vita sua* (quorum *tredecim Libros* ediderat, teste SÆTONIO, Cap. LXXXV.) vel *Memoriam Vitæ suæ*, quo nomine eosdem libros SERVIUS advocavit in *Virgiliti Eclogam IX. v. 47.*) aliquoties ab APPIANO nostro citatos deprehendimus. Primum quidem in historia prælii Philip-pensis, quo Brutum Cassiumque Antonius ac Cæsar debella-runt; ubi *Cæsarem*, ait APPIANUS, (*Civil. IV. p. 653. E.*) *in Commentariis suis hoc retulisse, se, quamquam morbo la-boraret, somnio admonitum, cavisse eum diem, ne eo die in castris maneret.* ll) Tum vero in *Illyrico Libro* eorundem *Commentariorum*, his verbis mentionem fecit: *Ac ne in COMMENTARIIS quidem posterioris CÆSARIS, cui AUGUSTO cognomen fuit, de vetustioribus Pannoniorum rebus quidquam reperi. . . . Non enim aliorum res gestas, sed suas duntaxat, memoriæ prodidit. mm)* Ad eosdem CÆ-SARIS OCTAVIANI *Commentarios* provocavit Noster, ubi, relato Octaviani ad Perusiam cum Lucio Antonio colloquio, *Hæc*

interpretem a PLUTARCHO cum ipso Romano Auctore fuisse com-mutatam. — Sed fateor, quæ de *Tralliano* illo *Pollione* apud SUI-BAM leguntur, ita esse turbata ac suspecta omnia, ut vix ullam eo-rum rationem habere debeamus. Nam præter ea, quæ sunt a VOS-SIO (*de Hist. Græcis L. I. Cap. 24. p. 154.*) & a KÜSTERO, de erro-ribus ejus Loci adnotata, etiam illud turbatum atque contortum esse, quod eodem loco de *Timagenis schola* dicitur, in qua *Tral-lianus* ille *Pollio Timageni suc-cesserit*, facile sibi persuadebit quisquis ea conferre voluerit, quæ

de eodem *Timagene* atque ASINIO POLLIONE Romano apud L. SE-NECAM *de Ira Lib. III. cap. 23.* atque apud M. SENEAM *Contro-vers. XXXIV. Lib. V. (p. 217. extrem.)* leguntur

ll) In eodem argumento, ne quid dissimulem, iterum apud PLUTARCHUM eosdem *Augusti Cæsaris Commentarios* citatos vi-deo. Sed, utrum oculis suis um-quam eos *Commentarios* usurpa-verit, nec ne, *Charonensis Scri-ptor?* non habeo dicere: *Alexan-drinum* nostrum diligenter illos studioseque perlegisse, id quidem, quum duobus locis (vide not. mm.

Hæc fere, ait, fuerunt utriusque verba, quoad ea quidem ex (Cæsar) Commentariis, e quibus sententiam eorum, quæ utrimque dicta sunt, cognovi, in hujus (Græci) sermonis vim proprietatemque licuit transferre. nn) Qui locus etiam eo potissimum notandus est, quod ex eodem discamus, *Orationes* eas, quibus hinc inde, non nimis tamen frequenter, *Historiam* APPIANI ornatam deprehendimus, non tam ex Auctoris ingenio fictas, quam ex earum rerum temporumque, de quibus agitur, monumentis ductas esse. Ac profecto, sicut nemo æquus & intelligens Scriptoris nostri Lector fuerit, quin cum voluptate videat, admirabili quadam ratione ac raro in primis pro ea ætate, qua scripsit APPIANUS, exemplo, in illis *Orationibus* omnem germanæ ac masculæ eloquentiæ vim esse conjunctam, argumentorumque pondera non magis nervosa gravitate, quam lucida simplicitate, exposita; sic etiam puto fore neminem, qui quidquam in iisdem *Orationibus* dixerit reperiri, quod ostentandi magis ingenii scriptum, quam ad erudiendos Lectores & ad accuratam eis ac fructuosam rerum earum, de quibus agitur, notitiam adferendam accommodatum, debeat videri.

& nn.) ipse testatum faciat vir honestissimus ac minime gloriosus, non dubitare, opinor, debebimus.

mm) Græca apud HOESCHELIUM, pag. 8. media, sic leguntur: Ἐν δὲ τοῖς Ὑπομνήμασι τοῦ δευτέρου Καίσαρος, τοῦ κληθέντος καὶ Σεβαστοῦ, παλαιότερον μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἐν τοῖςδε περὶ Παιόνων εὖρον. . . . Οὐ γὰρ ἀλλοτρίως πράξεις ὁ Σεβαστός, ἀλλὰ τὰς ἑαυτοῦ συνέγραψεν. Latina, ex P. CANDIDI versione, exhibentur in *Henr. Stephani Edit.* p. 762. col. b.

nn) Hæc sine dubio sententia est verborum APPIANI, quæ *Civil. Lib. V. p. 697. D.* in hunc mo-

dum leguntur: Ταῦτα μὲν ἔλεξαν ἀλλήλοις, ὡς ἐκ τῶν Ὑπομνημάτων ἢ ἐς τὸ δυνατὸν τῆσδε τῆς φωνῆς μεταβαλεῖν, τεκμαιρομένῳ (scil. ἐξ αὐτῶν τῶν Ὑπομνημάτων) τῆς γνώμης τῶν λελεγμένων. Quæ verba, ad sensum, non male hoc modo expressisse GELENIUS videtur: *Hæc prope modum utriusque verba in Commentariis eorum temporum invenio. Vetus Interpres, suo more: Hæc inter se locuti sunt, velut e commentariis quibusdam referentes elata voce, quoad licuit, quæ dicturi fuerant ex animo prius meditati.* p. 370. *Edit. Morgunt.*

K

VI. In horum itaque Scriptorum numero, quos Auctores habuisse APPIANUM ex mentione eorundem, non sane ostentationis causa, sed velut aliud agendo, ubi res poscebat, a Scriptore nostro injecta, discimus; in illorum igitur numero Auctorum nullus est, quin vel æqualis fuerit eis temporibus, atque etiam ipse interfuerit rebus eis, de quibus agitur, vel saltem ætate proximus & antiquissimus Auctor fuerit, qui eis de rebus scripserit. Ac posset quidem, si id nunc agere nobis vacaret, longa dehinc disputatio institui de reliquis, quos, præter hos ab ipso nominatim citatos, secutus esse Auctores APPIANUS putandus sit. oo) Sed illud quidem & altioris indaginis est, neque ad eam rem, cujus causa potissimum hæc tota pars disputationis nostræ a nobis

oo) De THUCYDIDE, quem *Civil. II. p. 452. B.* citatum legimus, nihil dixi; quia ad hujus auctoritatem non sane in aliqua historia Romanæ parte provocavit Noster, sed eo loco, ubi non nisi de usu nominis, *Epidamni*, agebatur; quo nomine a THUCYDIDE eandem urbem appellatam refert Noster, quam Romani vulgo Dyr-rachium vocabant. — *Fragmentum XXVIII. atque XXIX. apud URSINUM p. 370. sq. quæ ex Numidico APPIANI Libro decerpta sunt, ex SALLUSTII Jugurthæ sumta esse, ac partim ad verbum fere ex eodem translata, monuit URSINUS, in Notis ad ea Fragmenta p. 125. sq. Quod quemadmodum minime male ab URSINO observatum videbitur ei, qui cum Fragmento XXVIII. SALLUSTII Jugurthæ Cap. 102. & cum Fragn. XXIX. eundem ibid. Cap. 103. 105. & 108. contulerit;*

fic nemo facile fuerit, qui male in ea re APPIANUM fecisse, aut non satis probatum Auctorem secutum esse, dicat. Sed ex ipso tamen *Fragn. XXVIII*, tum vero maxime ex alio ejusdem *Numidici Libri Excerpto* quod apud VALESIUM p. 561. his verbis legitur: ὅτι Μέτελλος Βαγαίων ἀνῆρει τὴν βουλήν ὅλην, κ τ. λ. (collato SALLUSTIO l. c. cap. 69) satis apparet, non unum SALLUSTIUM in ea parte *Historiarum* suarum Auctorem habuisse APPIANUM. — Ceterum de *Thucydide* atque *Sallustio* non abs re erit, hoc loco adferre, quæ CÆLIUS SECUNDUS CURIO, cum APPIANUM a GELEONIO *Latinitate donatum* ederet, in *Epistola Dedicatoria* opportune adnotavit; cum, *Certum est*, inquit, APPIANUM THUCYDIDIS ac SALLUSTII filium & rationem sibi proposuisse: atque utriusque religiosam dictionem,

fufcepta est, magnopere necessarium. Ex his ipsis interim, de quibus jam dictum est, Scriptoribus probabili admodum ratione *de Auctorum selectu*, quos in conscribendis Historiis suis secutus fuerit APPIANUS, iudicium ferre licebit. Illud unum præterea hoc loco, ubi de *Auctoribus quos habuerit APPIANUS* quærimus, ad conficiendum id, cujus causa hanc instituimus quæstionem, debemus considerare: *IN ILLIS APPIANI LIBRIS, DE QUIBUS, QUIN GENUINA SINT, NULLUM DUBIUM EST, clara ne vestigia aliqua deprehendantur, e quibus appareat, etiam PLUTARCHO Auctore in suis historiis usum esse Nostrum?*

Ac non jam quæro, *ad verbum ne ac syllabatim*, quod a quibusdam Scriptori nostro objectum vidimus, PLUTAR-

immortalemque velocitatem, imitari voluisse.

EX T. LIVIO multa passim descripsisse APPIANUM, contendit DUKERUS, ad LIVII Librum XXXVI. Cap. 42. (Edit. *Drakenb.* Tom. IV. p. 1090.) ubi, cum emendationem quamdam Auctoris sui proposuisset DUKERUS, *Confirmat*, inquit, *hanc conjecturam Appianus, qui sine dubio hoc quoque, ut alia, ex Livio descripsit.* Ac non vereor, ne magnam virorum doctorum reprehensionem incurfurus foret APPIANUS, si quam plurima ex *Patavinis* illis voluminibus in suas *Historias* transtulisse deprehenderetur. Sed, verum si quæras, in vetustioribus rebus (qualis ea fuit, de qua ibi agitur, quæ bello adversus Antiochum Man. Acilio Cos. A. U. 563. gesta est,) quæ *Liviana* narrationi consentientia habet APPIANUS, ea non continuo ex

ipsius LIVII voluminibus, sed ex iisdem potius, aut consentientibus cum his, e quibus sua LIVIUS hauserat, *Annalibus illorum temporum*, de quibus agitur, haussisse putandus est: quemadmodum etiam, ubi dissentit a *Patavino* Scriptori *Alexandrinus* noster, non hunc continuo erroris condemnandum perspecte censuit eruditus LIVII Editor, ARN. DRAKENBORCHIUS; sed in eis rebus potius existimandum esse monuit, *alios Annales LIVIUM, alios APPIANUM esse secutum*; (*Drakenb. ad Livium* Lib. XXXVII. Cap. 30. §. 1. Tom. V. p. 65. & ad *Lib. eumd.* Cap. 40. §. 8. p. 87.) atque etiam alibi, (ad *Lib. XXXVIII.* Cap. 37. §. 6. Tom. V. p. 229.) ubi cum LIVIO pugnare videbatur APPIANUS, conciliare inter se duos Scriptores idem DRAKENBORCHIUS haud infelici conatu tentavit.

CHUM, ne umquam quidem laudato ejus nomine, in eorum librorum aliquo exscripserit APPIANUS? Quod quidem si ostendi posset; fateor, me non videre, quo pacto, qui id sibi permiserit, *Plagii crimine* posset absolvi: quamquam, si modo non puerili quadam ratione id fecisse, si ita callide PLUTARCHI verba suis intexuisse, deprehenderetur APPIANUS, ut apte saltem cohærent omnia, neque nimis facile discerni ab APPIANI stilo possent panni aliunde adsuti; tum sane plurimum adhuc abesse hujusmodi genus plagii videri deberet ab eo perquam puerili instituto, quo illud *Parthici Libri* monstrum in lucem editum videmus. Sed nimirum hanc de PLUTARCHO quæstionem, *utrum eo Auctore usus sit ALEXANDRINUS noster?* ita a nobis moveri intelligitur, ut, si *unius Plutarchi auctoritatem subinde in Historiis suis secutus esse* deprehendatur APPIANUS, pro mediocri admodum & exiguæ auctoritatis Scriptore habeam atque ipse denunciem Nostrium; qui cum e fonte haurire licuerat, proximo quoque rivo fuisset contentus; atque ut porro, si in iis rebus, quæ ex ejusdem PLUTARCHI auctoritate, in Historias suas transtulisse APPIANUS deprehendatur, *ne nomen quidem Scriptoris, SIBI ÆQUALIS, cui sua debuerit, laudavit,* non minus ultro equidem concedam, *recte alienorum laborum suum* fuisse appellatum.

VII. Jam vero consentaneum videri debebat, ut hi, qui, *e PLUTARCHO plurima sua vel ad verbum descripsisse APPIANUM, vel saltem in suum usum convertisse,* non desinunt clamare, exemplis non nullis satis claris atque planis accusationem illam suam confirmarent. Ac assidue equidem ea exempla atque testimonia apud accusatores APPIANI requirens; non sine summa admiratione, universos, cognovi, adeo confessum sese reum habere, existimasse, ut ne verbum quidem, sive confirmandæ accusationis causa, sive convincendi rei, adjiciendum putarint. Nimirum omnes id ipsum, quod primum omnium in quæstionem dubitationemque ad-

duci debebat, pro confecto atque indubitato sumserant, *Parthicum illum Librum satis superque* Plagii arguere convince-
reque APPIANUM. Quo posito, jam satis argumenti iisdem
videbatur, si qua in re APPIANI narratio in reliqua sua Hi-
storia cum eis, quæ de eadem re PLUTARCHUS habet, quo-
dammodo consentiret; ut non amplius dubitandum esse ju-
dicarent, quin in ea re PLUTARCHO Auctore usus fuerit
APPIANUS. Quod genus argumentandi, atque mira sane ra-
tio quæstionem hanc *de PLAGIO*, *cujus reus agebatur AP-*
PIANUS, judicandi, quum mihi in eos potius iudices con-
venire videretur, qui in fontem reum incognita & indicta
causa condemnare secum decrevissent, quam in hos, qui si-
ne ira & studio, sic ut ratio & jus & æquitas postularet,
quæstionem illam instituerent; cœpi ipse cum APPIANO PLU-
TARCHUM eis in locis, quibus de eisdem rebus agunt ambo
Scriptores, sedulo conferre. Ac fieri quidem potest, ut fal-
lar, ut nondum singula satis accurate inspexerim atque ex-
penderim; sed mihi ad hunc quidem diem, non modo li-
neam nullam, quam e PLUTARCHO *descripsisse* convinci AP-
PIANUS possit; sed ne unicum quidem APPIANI locum, ex
quam plurimis, quos studiose conquisivi, deprehendere con-
tingit, de quo cum aliqua rationis aut veri specie affirmari
contendique possit, eum locum ex PLUTARCHO ab APPIANO
in suam Historiam esse translatum, aut in ea re PLUTAR-
CHI auctoritatem unice secutum esse Nostrum. Quare tan-
tisper, donec nobis contrarium planis atque perspicuis do-
cumentis fuerit demonstratum, hoc pro *certo atque perspecto*
sumere, ex communis juris præscripto, licebit: *In illis AP-*
PIANI libris, de quibus, quin genuini sint, nullum dubium est,
vestigium nullum deprehendi, ex quo appareat, aut certa qua-
dam ratione affirmari possit, PLUTARCHO Auctore usquam in
suis Historiis usum esse APPIANUM.

VIII. Hæc cum sint *de Auctoribus* dicta, quos in con-
scribendis Historiis suis APPIANUS adhibuerit; nunc, quæ

de Ratione, qua horum scripta in usum converterit suum, monenda superflunt, ea paucis, quatenus ad id de quo quæritur sufficiat, expediemus. Nimirum, quod si ex probatis illis & antiquis Romanæ historiæ fontibus, e quibus sua hausisse tantisper putandus erit APPIANUS, dum contrarium fuerit ostensum, longiora subinde loca ad verbum descripsisse deprehenderetur; si id commoda quadam ratione fecit, si luculento ordine, atque ita, ut apte cuncta cohæreant, res quasque digessit; non sane ob eam rem FUCUS alienorum laborum, per vituperium, vocari merebatur; sed cum meliferæ potius aviculæ ingenua ac solerti & laudabili assiduitate comparanda Scriptoris nostri industria videri debebat. Ac, quod Nomina eorum Auctorum, quos excerpfit, non in quaque Historiarum suarum particula sigillatim & accurate adscripserit; id nos quidem, quippe nostro quodam incommodo factum, qui scire averemus, quid ex quoque Auctore desumptum fuisset, dolere possemus: neque tamen idcirco culpandus magnopere APPIANUS fuerat futurus, nedum Plagii arguendus; quippe qui ipse in Præfatione Operis sui non aliud sibi meritum tribuit, nisi id ipsum, quod illas rerum Romanarum Historias, ab aliis permultis, tam Græcis, quam Latinis, Scriptoribus expositas, in hunc potissimum ordinem, qui ipsi peculiarem aliquam & commoditatem & suavitatem utilitatemque videbatur Lectori allaturus, digesserit. Atque ipsam illam admirabilem APPIANI artem, quam in ordinanda digerendaque amplissima universæ historiæ Romanæ materia demonstravit, luculentissimamque rationem, qua modicis quibusdam voluminibus infinitum pæne argumentum inclusit, quisquis considerare ac paulo æquiore animo æstimare voluerit; næ is, dubium non est, quin, si vel omnes illi Auctores, e quibus suum opus congeffit APPIANUS, integri etiamnum nostris in manibus versarentur, nihilo secius judicaturus esset, singularem quamdam gratiam

ab omnibus Romanæ historiæ studiosis Scriptorem nostrum commeruisse.

IX. Jam vero, quod in antiquioribus Scriptoribus, sine reprehensione ac citra Plagii culpam, facere potuerat APPIANUS, id eum ne in his quidem sibi permisisse, facile ostendi potest. Nam primum, quum in eorum Auctorum numero, quibus APPIANUS usus est, POLYBIUS sit; de cujus Historiis magna pars ad nostram ætatem pervenit; e quo eodem Scriptor Noster, si quidem ei solenne fuisset ex suis Auctoribus majores quasdam minoresve lacinias, non laudato Auctoris nomine, suis historiis intexere, eadem ratione vel in primis multa in sua transferre scrinia debuerat; ex eodem igitur POLYBIO *nihil quidquam* in ulla Historiarum suarum parte *ad verbum descripsisse* ALEXANDRINUS noster deprehenditur. Tum vero quod ad eos APPIANI Auctores attinet, quorum ad nos monumenta non pervenerunt; in illis non magis ei placuisse *rationem eam*, quæ ei exprobrari solet, *ad verbum alios describendi*, neque eam rationem usquam ab APPIANO, in iis quidem Libris, qui vere ei tribuuntur, esse adhibitam; id quidem satis superque unumquemque studiosum, nec plane imperitum, Scriptoris nostri Lectorem ipse *stilus ejus, dictionisque ac narrationis totius forma ac color* poterat condocere. Nam quod si variorum Auctorum varium stilum ac dicendi habitum suæ immiscuisset intexuissetque narrationi; fieri plane non potuerat, quin simile quidpiam ejus rei APPIANO accidisset, quam de sua scriptione ZONARAS fatetur, cum in *Præfatione Annalium* suorum, *Dictionem, inquit, esse variam, nec per omnia sui similem, nemo miretur: aut culpet orationem, aut me ejus auctorem. Cum enim historiam ex variis Scriptoribus, veluti stipem, colligere me oporteat; in multis, illorum & dictione & compositione utendum erit.* (Pag. 6. Edit. Paris.) Atqui APPIANI stilus, dictionisque color & habitus, sicuti *suus est Scriptori nostro atque proprius; quem quidem sti-*

lum a PLUTARCHO præsertim minime necesse habuerat mutare, neque cum hujus genere dicendi commutatum vel ipse APPIANUS voluisset, vel APPIANI lectores magnopere cupere debebant; sic, in omnibus Historiarum ipsius partibus, atque etiam in deperditorum Librorum Fragmentis, ita æquabilis ac per omnia, quoad rerum varietas tulit, *similis sui* deprehenditur, ut in iis quidem Libris, qui nemine dubitante APPIANUM Auctorem habent, attento cuivis Lectori non possit non apparere, nihil usquam alieni, nihil in quo ille natus atque proprius APPIANI dicendi color desideretur, esse admixtum.

X. Hisce, *de Fontibus, e quibus sua hausit APPIANUS, itemque de ratione, qua suis usus est Auctoribus*, præmissis; jam, ad evincendum luceque clarius patefaciendum id, cujus causa potissimum illa a nobis præparata sunt, scilicet, *a cujuslibet potius sive inepti Scioli temeritate, sive Librarii lucro inhiantis libidine, quam a gravissimi Scriptoris nostri erudita innocentissimaque manu, PARTHICI illius LIBRI COMPILATIONEM esse profectam*, nihil aliud denique superest, nisi ut ipsum illum Libellum, cujus ob flagitium immerito APPIANO Plagii crimen impactum est, propius quodammodo cognoscendum Lectoribus nostris demus, atque totius illius *Compilationis formam rationemque paulo enucleatius sub eorum adspectum ponamus*. Quod brevissimis quidem, quoad fieri poterit, verbis, ad finem quum properet oratio, sumus facturi.

I. Primum igitur, *Exordium* quod attinet Libelli; quum in quoque eorum Librorum, quo populi alicujus res, quas cum Romanis habuerunt, exposuit APPIANUS, ab hoc incipere constanter consueverit, quod ipsa etiam ratio postulabat, ut ejus populi, de quo agebatur, præviam aliquam notitiam Lectori adferret, ac de origine ejus gentis, siquid de ea memoratu dignum dicendum haberet, de ejus fedibus, de superioribus ejusdem fatis, denique de statu, quo fuerit

fuerit ille populus eo tempore, quo primum bellis misceri cum Romanis cœpit, nonnulla in ipso Libri Exordio exponeret; *Parthicus* hic liber unus est ex omnibus, qui APPIANO tribuitur, in quo ne vestigium quidem ullum earum rerum occurrat. Sed nimirum *Exordii* loco nihil aliud ibi legitur, nisi lacinia quædam, ex *Syriaco* APPIANI libro, (pag. 120. A. B. C.) ubi in *Parthorum* mentionem ille inciderat, huc transcripta. Quum APPIANUS autem, ubicunque ordinis aut perspicuitatis ratio postulabat, ut ea, de quibus alio loco dixerat vel dicturus erat, sive brevibus verbis repeteret, sive in transcurso tangeret, numquam non ad eum locum ablegaverit Lectores suos, quo vel antea de ea re dixisset vel deinceps fusius esset dicturus; hoc loco nullum indicium adjecit Compiler, ex quo suspicari posset Lector, laciniam eam esse ad verbum ex APPIANI *Syriaco* descriptam. Nimirum APPIANI stilo, qui in ipso compilationis illius initio conspicuus esset, capere Lectores voluisse videtur callidus homo, ut ad APPIANUM auctorem referre hanc totam serriptionem ne dubitarent: verendum autem erat, ne non solum in eam dubitationem inciderent Lectores, si scirent, ex alio APPIANI libro totum illud Fragmentum esse ad verbum descriptum; sed etiam, ne quam maxime in eadem confirmarentur, (quemadmodum mox videbimus) si ipsum locum *Syriaci* libri, unde illa lacinia decerpta est, inspexissent. Sed ne non modo calliditatem suam, verum etiam rusticam plane imperitiam, jam inde ab initio suæ compilationis proderet Homo noster; initium totius Libri, qui nullo modo cum fine præcedentis alicujus libri connexus erat, ecce, ab his verbis facit mirus ille Artifex: Μετὰ ΔΕ τοὺς ἐκ Πομπηϊκῆς κ. τ. λ. *Post eos AUTEM &c.* Neque tamen incommodo Lectorum APPIANI accidit, quod ea lacinia ex *Syriaco* libro in compilatione ista repetita sit; quoniam ex eadem lacinia, quippe e meliori APPIANI Codice pluribus abhinc seculis transcripta, mendæ nonnullæ, quæ Scriptoris nostri Exem-

L

plaria in *Syriaco* Libro occuparunt, tolli commode possunt. pp)

2. *Sub finem illius Exordii*, post verba ἀχολογμένων ἔτι ῥωμαίων εἰς τὰ ἑπ' ἀλλήλους ἐμφύλια, cum in *Syriaco* Libro illis verbis hæc subiecta essent, ἀλλὰ τὰδε μὲν ἐντελῶς ἐν τῇ Παρθικῇ συγγραφῇ λέξω: horum loco, ut transitum sibi ad *PLUTARCHI* narrationem de *Crassi in Parthos expeditione* pararet, hæc verba a *Compilatore* nostro adiecta legimus: καὶ ἔπραξαν μὲν οὐδὲν μέγα, ὅτι καὶ ἄξιον λόγου, λησεύουσι μᾶλλον ἢ πολεμοῦσιν εἰκότες. Ἀλλὰ τὰδε μὲν ὑπερον γενομένα τῇ Κράσσου κακοπραγία τε καὶ συμφορᾷ, προαγαγούση αὐτοῦς, (hæc enim lectio, ex *Augustano* Codice, restituenda est homini, ubi, quæ *Impressi* habent, prorsus turbata sunt) εἰς Θράσος ἀμήχανον, ὑπὸ Ἀντωνίου συνεχάλη. Quo assumpto, quod suo ex ingenio homo noster adiecit, & ignorantia, & astutæ simul impudentiæ, nescio, utrius magis, sed utriusque certe satis luculentum documentum dedit. Dixerat scilicet in *Syriaca* *HISTORIA* *APPIANUS*, „se ea, quæ *Crasso*, quæ *Bibulo*, quæ *Saxa*, *Syriam* provinciam administrantibus, a *Parthis* gesta sint, copiose & accurate (ἐντελῶς) in *Parthico* Libro esse expositurum.” Atqui quæ post *Crassi* interitum, *Bibulo* *Syriæ* Proconsule, & præsertim, quæ deinceps, *Saxa*, *Antonii* legato, eandem provinciam tenente, a *Parthis* adversus Romanos gesta sunt; de iis utique in *Parthico* Libro, pro instituta *APPIANI* ratione, proprius accurate dicendi locus erat; eoque etiam magis,

pp) Cum in *Syriaco*, p. 120. A. in impressis vitiose legatur . . . ἐπέμφθη Γαβίνιος μετὰ στρατιάς καὶ πολεμοῦ ὄρμων. καὶ Μιθριδάτης μὲν κ. τ. λ. poterat quidem ille locus ex *Augustani* Codicis lectione, satis commode, sic emendari: ἐπέμφθη

Γαβίνιος μετὰ στρατιάς. Καὶ πολεμεῖν αὐτὸν ὄρμωντα Μιθριδάτης μὲν κ. τ. λ. Sed ex hac *Parthica* *Compilatione* videtur locus ille sic restituendus: Καὶ ἈΡΑΨΙ πολεμεῖν αὐτὸν ὄρμωντα, aut etiam, omisso verbo πολεμεῖν, legendum esse, καὶ ἐπὶ Ἀραβίας αὐ-

quod Saxæ tempore Parthi, *Labieno* duce in Syriam irrum-
pentes, ejecto *Saxa*, eodemque in Cilicia profligato & occiso,
ipsam Asiam usque ad Joniam invaserant. Conf. LIVIUS, *Epi-
tome* CXXVII. DIO CASSIUS Lib. XLVIII. Cap. 24-26. VEL-
LEJUS PATERCULUS Lib. II. Cap. 78. Jam vero quum neque
eorum, quæ *Bibulo* Syriam administrante a Parthis gesta fuis-
sent, neque *Saxæ*, Syriæ Præfecti, mentionem ullam apud
PLUTARCHUM suum invenisset Compiler noster, neque
vero aliunde quidquam de iis rebus cognitum haberet: non
modo in ea parte compilationis suæ, qua illarum rerum hi-
storia, ex APPIANI quidem consilio, exponi debebat, ne
uno quidem verbo vel *Bibulum* vel *Saxam*, aut quid ad-
versus hos gesserint Parthi, commemoravit; verum etiam
multo ante cavere callidus homo voluit, ne illo loco aliquid
earum rerum vel expectarent vel quærerent Lectores. Quo
consilio, jam in eorum verborum locum, quibus promise-
rat APPIANUS, sese de rebus a Parthis adversus Romanos, sub
Bibulo, atque dein sub *Saxa*, gestis in *Parthico* Libro accu-
rate esse dicturum, Veterator noster non erubuit, hæc potius
verba, APPIANI menti atque consilio satis clare testificato
ex adverso repugnantia, reponere: *sed nihil quidem magni,
aut quod vel memoria dignum sit, gesserunt; quippe prædo-
nibus magis, quam bellum gerentibus hostibus, similes.* (Con-
fer, quæ infra num. 5. observaturi sumus.)

3. Jam ab illo Exordio, quod partim ipsi APPIANO sub-
reptum, partim etiam contra planam ejus sententiam oppi-
do adulteratum vidimus, ad *Crassi Expeditionem contra Par-*

τὸν ὀρμῶντα Μιθριδ. κ. τ. λ.

Mox in verbis sequentibus no-
men Parthorum Regis rectius Ὁρῶ-
δης, ut est in *Parthico* Libro,
quam Ἡρώδης scribitur.

Eadem pag. 120. B. post verba
ἀντὶ Παρθυαίων ἐπὶ Ἀλεξανδρείας, ex
Parthico Libro, addendum vide-

tur verbum ὀρμῆσαι. — *Ibid.* pro
verbis, ἘΠΙ ΤΩ, ἀνευ ψηφίσματος
ἐς Ἀιγυπτίον ἘΜΒΑΛΕΙΝ, ex Codi-
cis Augustani in *Parthico* Libro
Lectio, in *Syriaco* etiam, omis-
sis verbis ἘΠΙ ΤΩ, reponendum
est ἀνευ ψηφίσματος ἐς Ἀιγυπτίον ἘΜ-
ΒΑΛΩΝ.

L 2

thos, cujus historiam e PLUTARCHO totam exscripsit, transiturus Compiler; quum ea, quæ apud PLUTARCHUM præcesserant, in brevius contrahere vellet; turpiter rursus cum imperitiam suam inscitiamque, tum vero etiam negligentiam, prodidit. Primum enim, *Cæsaris petitionem consulatus cum petitione Crassi & Pompeji*, quæ in quintum annum post Cæsaris petitionem inciderat, (quam eandem non minus PLUTARCHUS ipse in eadem *Vita Crassi*, p. 551. C. D. & *ibid.* E. F. quam APPIANUS *Civil.* II. p. 432. sq. & *ibid.* p. 437. C. D. E. qq) satis accurate a Cæsaris petitione distinxerat) confundens atque miscens homo noster, *Cæsarem Pompeji & Crassi competitorem fecit.* (Vide pag. 134. extr.) Deinde, quoniam PLUTARCHUS, de Cæsaris petitione Consulatus & de priori Triumvirorum conspiratione verba faciens, *Ciceronem* cum Catulo & Catone nominaverat, tamquam viros qui libertatem reip. contra paucorum dominationem defendere solerent; nunc idem Compiler noster, turbans alioque rapiens omnia, *CICERONEM*, ait, *cum Catone adversatum esse Pompejo Crassoque consulatum illum petentibus.* (Vid. p. 135. A.) Illud autem neque a PLUTARCHO, neque ab APPIANO, aut ab alio quopiam Scriptore, umquam proditum est; atque falsum esse, ex eo satis apparet, quod constet, eo ipso tempore amicitiam Pompeji Crassique coluisse *CICERONEM*; qui etiam ipse scribit, se per id tempus,

qq) Qui ea Auctoris nostri loca conferre voluerint, eis hæc ex *Augustano Codice* enotatas Emendationes non ingratas spero futuras. Pag. 432. A. pro *ἔπει μὲν τοι*, lege, *ἔπει μὲν τι*, per aliquod tempus. *Ibid.* C. *πομπὴν οὐχ ἑτοίμην*, lege, *ἑτοιμον*. *Ibid.* *δεόμενος τρέψαι*, lege, *ἑπιτρέψαι*. *Ibid.* E. *φθόνῳ δ' αὐτῶν*, lege, *φθόνῳ δ' αὐτῶν*. Pag. 433. A. *καὶ χρείας ἀλλήλοις συνεργάνιζον*, lege, *συνεργάνιζον*. — Pag. 437. C. *καὶ σπου-*

δῆς ἐς ἅπαντα, lege, *ἐς ἀπαίσιαν*. *Ibid.* *Καίσαρι δ' ἐς ἡγεμονίαν*, lege, *ἐς τὴν ἡγεμονίαν*. *Ibid.* D. pro corrupto *ἐψηφισθῆναι*, quod religiose e prioribus Editionibus TOLLIIUS etiam conservavit, lege *ἐπιψηφισθῆναι*. *Ibid.* D. *τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ἔριδες*, lege, *τῶν δ' ἀμφ' αὐτ. ἔριδ.* Pag. 438. A. *πολλὰ τε ἄλλα ἀπαίσια*. adde, *ἐγγύνηλο*. *Ibid.* pro *Παρδυίνῃ*, lege, *Παρδυήνῃ*.

rr) Sic, (ut statim ex principio

(ne scilicet vel Triumviros vel Senatum offenderet,) *a curia & ab omni parte rei publicæ sese subtraxisse. Ad Q. Fratrem Libr. II. Epist. vi.*

4. Post infelicem hunc, quem diximus, transitum, mox (pag. 135. lin. 3.) inde ab illis verbis, *καὶ ἐπέδωσαν καίσαρι μὲν ἄλλην πενταεσίαν*, ipsissima PLUTARCHI verba, quæ in *Vita Crassi* p. 552. C. leguntur, paulatim incipit adhibere Compiler: qui, si impensius paulo callidus fuisset, aliquanto etiam ulterius potuerat APPIANI verbis uti; iis, quibus ipse Scriptor noster eandem provinciarum inter Pompejum Crassumque fortitionem, ac profectionem Crassi ad bellum Parthis inferendum, exposuit. *Civil. Lib. II. p. 437. extr. & sq.* Tum vero, abhinc verbis *οἱ τε γὰρ πολλοὶ Πομπηϊόν*, quæ eodem loco p. 135. A. proxime sequuntur, *tota Crassianæ expeditionis Historia*, quæ usque ad p. 155. E. perducitur, ex PLUTARCHO, (inde a pag. 552. D. usque ad finem *Vitæ Crassi* p. 565. B.) *plane AD VERBUM* transcripta est. Nam quamquam in hac eadem compilatione satis multa occurrunt, a PLUTARCHI verbis, prout ea in vulgatis hujus Scriptoris Exemplaribus occurrunt, haud parum discrepantia; totum tamen discrimen non nisi in singulis vocibus aut brevibus phrasibus inest, quæ librariorum culpa negligentiaque, mox in ipsa hac *Parthica* compilatione *rr*), mox etiam in

hujus Historiæ exempla quædam depromam,) quod pag. 135. B. post verba, *ὡς μόλις*, omissa sint illa, quæ PLUTARCHUS adjecit, *ἐν ἀλλήλοις καὶ πολλοῖς*, sine quibus sententia orationi vix constabat; id quidem, vereor, ne injuriosum in Compilatorem hujus Libri, si consulto ab eo factum esse judicarem. Sed per festinationem negligentiamque, sive ipsius Compilatoris, sive potius posteriorum Li-

brariorum, omissa illa verba putanda sunt: quemadmodum & alibi verba hæc, *Τούτων ἦν Κάσσιος, ὁ ταμίης*, quæ PLUTARCHUS p. 554. D. habet, quamquam ea in impressis Exemplaribus *Parthicæ* hujus compilationis (p. 138. B.) frustra quæras, non tamen ipsius primi Compilatoris culpa omissa sunt, sed subsequenter alicujus Librarii, negligentia; in *Augustano* autem Codice non minus,

PLUTARCHI Editionibus, sive omiffæ sunt, sive corruptæ. Atque bona quidem PLUTARCHI fortuna ita evenit, ut plurimis in locis multo etiam emendatiora sint Compilationis hujus Exemplaria, quam ipsarum PLUTARCHI *Vitarum* Editiones: quo fit, ut probæ haud pauca Lectiones, quæ illi Auctori librariorum Editorumve negligentia perierunt, eidem legitimo domino ex Compilatoris nostri furto restitui postliminio possint debeantque. ss)

5. Ad finem perducta Crassi historia, sequitur (inde a pag. 155. extrema) *altera hujus Parthicae Compilationis Pars*, qua *Antonii bellum Parthicum* continetur. Ea pars incipit ab iis rebus, quæ, cum Parthi, Labieno & Pacoro ducibus,

quam apud ipsum PLUTARCHUM, leguntur. Iterum, ubi p. 135. B. post verba ἡμισία κομπασίης in *impressis* sequitur importunum verbum ἦν, quod apud PLUTARCHUM non invenitur; idem verbum ab *Augustano* etiam Codice recte abest. Pag. 156. A. post verba ὤρμησε μὲν Πάρθοις ἐνίστασθαι, idem *Augustanus Liber*, quatuor verba, καὶ μέχρι Φοινίκης προῆλθε, quæ eo loco apud PLUTARCHUM p. 929. C. inserta leguntur, eodem prorsus modo expressa habet. Eadem pag. 156. B. verbis αὐτὸς δὲ χαριζόμενος Codex ille, recte, sicut PLUTARCHUS, vocem Καίσαρι insertam habet. Eademque ratione sæpius alias, *emendatiorem* istum Codicem si inspicias, nullum inter Fragmentum hoc *Plutarchianum*, atque inter ipsa PLUTARCHI Exemplaria, discrimen apparet.

ss) Speciminis loco videamus, a *media pagina* 552. apud PLUTARCHUM, qua initium hujus fragmenti continetur, usque ad

finem ejusdem paginae, quot sphalmata, quæ PLUTARCHI Exemplaria occuparunt, hujus Compilationis opera tolli possint. Igitur primum, ubi apud PLUTARCHUM p. 552. C. est, Καίσαρι μὲν ἄλλην ἈΠΕΔΟΣΑΝ, lege ex hac *Parthica* compilatione, ἘΠΕΔΟΣΑΝ. *Ibid.* D. quum sit: Ἦν δὲ ὈΥΚ ἈΚΟΥΣΙΟΣ ὁ κληρὸς ἄπασιν mihi pæne nullum dubium est, quin, quod apud nostrum hominem (p. 135. A.) legitur, ἈΣΠΑΣΙΟΣ, potius PLUTARCHO debeatur, ei que Auctori restituendum sit. *Ibid.* ad verba, πολλὰ ΚΑΙΝΑ καὶ μειρακιώδη, HENR. STEPHANUS monuit, ex *Parthico* Libro ibi reponendum esse KENA. Nescio tamen, an rectius retineatur ΚΑΙΝΑ, *MIRA* multa, ac *juvenilia*. *Ibid.* E. ΠΑΡΟΙΚΟΣ πόλεμος. Lege, cum nostro Compilatore, ΠΑΡΘΙΚΟΣ. *Ibid.* ὅτι πρὸς τοῦτο Κράστος ἘΠΤΟΗΤΑΙ. Lege, cum nostro homine, ἘΠΤΟΗΤΟ. *Ibid.* F. pro συμπροσπέμψαι, lege, συμπροπέμψαι. *Ibid.*

Syriam totamque pæne minorem Asiam occupassent, a *Ventidio*, *Antonii legato*, gesta sunt, dum ipse Antonius adhuc vel civilibus turbis distineretur, vel voluptatibus cum Cleopatra indulgeret. Tum vero, a pagina 157. D. usque ad finem totius libelli, *ipsius Antonii adversus Parthos Expeditio* exponitur. Ac de hujus quidem *Antonianæ expeditionis historia* nihil aliud magnopere habeo quod moneam, nisi quod tota quanta e PLUTARCHI *Vita Antonii*, paucissimis hinc inde vel omissis vel contractis, aliis non nisi per librariorum errorem mutatis, transcripta sit. *tt)* Unum tamen exemplum infra adponere liceat, *iii)* ex quo appareat, quam imperita etiam ineptaque scrupulositate Antonii illa historia ex PLUTAR-

in fine: σιωπῇ δὲ αὐτῶν ΠΡΟΣΙΟΥΣΙΝ. Lege cum nostro, ex *Augustano* Codice, ΠΡΟΪΟΥΣΙΝ. Quare, si eo potissimum consilio H. STEPHANUS operam illam suscepisset *Parthici* hujus Libri cum PLUTARCHI *Crasso & Antonio* curatius conferendi, ut vidisset, quibus locis, quave ratione, ex hac Compilatione posset corruptis PLUTARCHI Exemplaribus medela adferri; non nisi optime ac præclare fuerat facturus. Nunc, quod istam collationem ita instituit, ut studiose interdum quæserit, aut quærendum esse monnerit, *QUO CONSILIO* quædam APPIANUS, quem is sibi persuaserat esse hujus Compilationis Auctorem, *aliter, quam apud PLUTARCHUM leguntur, posuerit?* atque *UTER istorum Auctorum uno alterove loco ELEGANTIORI DICTIONE usus esse censendus sit?* id vero non potest ingenio tanti Viri sagacitateque non indignum videri.

tt) Prima verba hujus postero-

ris partis *Compilationis Parthicæ* (p. 155. extr. usque ad p. 156. A. lin. 4. Αἰωρουμένης δὲ --- ἐς Ἀλεξάνδρειαν.) in PLUTARCHI *Antonio* p. 927. extr. usque ad lin. 2. p. 928. leguntur. Sequitur alia lacinia (p. 156. l. 4 - 10. ἐπάγοντα δὲ Πάρθους --- εἰς τὴν Ἰταλίαν.) ex PLUTARCHO *ibid.* p. 929. B. C. desumpta. Jam illa verba Compilatoris nostri (p. 156. lin. 10.) καὶ φίλος γενόμενος Καίσαρι καὶ Πομπηίῳ τῷ Σικελίας ἄρχοντι, προύπεμπεν αὐτῷ εἰς Ἀσίαν Οὐεντίδιον κ. τ. λ. ex illis ejusdem PLUTARCHI *ibid.* p. 930. C. D. (Ἀντώνιος δὲ μετὰ τὰς διαλύσεις Οὐεντίδιον μὲν εἰς Ἀσίαν προύπεμπε κ. τ. λ.) ducta sunt. Denique abhinc his verbis reliqua, quæ sequuntur, usque ad finem hujus *Compilationis*, ex eodem PLUTARCHO, *ibidem*, continua serie descripta sunt.

iii) Scilicet cum PLUTARCHUS pag. 936. insigne aliquod documentum reverentiæ ac benevolentiae attulisset, qua Antonii milites in imperatorem suum fuissent affecti;

CHO in hanc *Parthicae historiae Compilationem* fuerit translata.

6. Sed de ea ratione, non nimis quidem callida, qua a *Crassianæ* calamitatis narratione ad illam *Antonii* Historiam progressus est homo noster, pauca quædam monenda supersunt.

Primo enim, numquam in ullius rei vel hominis mentionem, præsertim ejusmodi personæ, cujus primariæ quædam partes essent in ea re, de qua agebatur, incidit APPIANUS, quin, quantum satis est, doceat studiosum Lectorem, quæ aut qualis illa res sit? qui homo? & qua ratione, quibus causis, factum sit, ut in eum locum statumque, quo quisque in historiæ scenam primum inducitur, pervenerit? Sed in hac *Parthicae Compilationis* parte plane contrarium ejus rei factum videmus. Subito, ac velut de cælo delapsi, & *Labiens*, (p. 155. extr.) & mox *Antonius*, (p. 156. A.) inducuntur. Quis mortalium *Labiens* ille fuerit? quove casu *vir Romanus* eo devenerit, ut *Parthorum dux* & imperator contra Romanos eligeretur? quod mirum sane quodam modo videri debebat Lectori; id ne uno quidem verbo monetur. Neque magis declaratur, qui factum sit, ut *Antonius* potius, quam quilibet alius Romanorum, bellum istud contra *Parthos* susceperit; ubi saltem uno verbo commonefaciendus fuerat Lector de persona ANTONII, & de illa partitione imperii inter *Triumviros*, de qua APPIANUS *Civil. V. p. 709.* dixerat. — Qui vel summis labiis APPIANI *Historias* degustavit, eum non poterit profecto proprius sensus non condocere,

ib. C. hæc verba adjecerat: Τούτου δὲ αἰτίαι πλείονες ἦσαν, ὧς ΠΡΟΕΙΡΗ-
KAMEN* εὐγένεια, λόγου δύναμις, κ.
τ. λ. Complures autem erant cau-
sæ, QUEMADMODUM JAM
SUPRA DOCUIMUS, cur ita
affecti essent milites: nobilitas,

eloquentia, simplicitas, crebra
largaque munificentia, & in jociis
ac colloquiis comitas. Hæc igitur
verba qui cum iis contulerit, quæ
haud ita multo post initium *Vitæ*
Antonii p. 917. C. D. E. apud eum-
dem PLUTARCHUM leguntur; is

cere, quam sit hæc ratio, historiam aliquam ingrediendi, a luculenta eademque constantissima APPIANI ratione alienissima.

Deinde, quamquam ante dixerat Compilerator noster, (vide supra, num. 2.) quæ *Saxæ* tempore gesta a Parthis sunt, ea tam exigui momenti esse, ut ne memoria quidem digna sint; tamen earumdem rerum mentionem hoc loco, brevissimam quidem, sed sane talem fecit, ex qua appareat, non minimi momenti eas res fuisse; nam (p. 156. A) ex PLUTARCHO suo nobis narrat, *Parthos, Labieno duce, totam Asiam, inde ab Euphrate & Syria usque ad Joniam & Lydiam, in potestatem suam redegit.* Sed nimirum nesciebat homo noster, illam ipsam *Parthorum in Asiam expeditionem, LABIENO duce susceptam, esse eandem, quæ SAXA Syriam tenente accidit.* Jam vero, quamvis & *Labieni & expeditionis ab eo cum Parthorum copiis adversus Romanos susceptæ*, hoc loco, ut dixi, mentio fiat; tamen id ipsum rursus plane aliter factum videmus, quam ratio ab APPIANO instituta postulabat. Nam cum non modo in *Syriaco* Libro, ut jam sæpius monuimus, ille professus sit, se *copiose & accurate* ea de re in *Parthico* Libro verba facturum; verum etiam iterum, de *Bellis Civil.* Lib. V. p. 709. E. conceptis verbis sic scripserit: *quæ autem LABIENUS & Parthi, cum fecerint, tum vero passi sint, ea PARTHICUS LIBER declarabit:* nunc a Compileratore nostro vix, ac ne vix quidem, unum verbum amplius de *Labieno*, ac de his quæ cum *Parthico* exercitu ille in *Syria* Asiaque gesserit, commemoratum legimus, quam iis ipsis locis APPIANUS commemorave-

plane videbit, ad eum locum referenda esse verba illa ὡς προειρήκαμεν. Atqui quamvis neque eundem locum, neque alium quempiam, quo eadem Antonii dotes exponerentur, suæ compilationi inferuisset Artifex noster; tamen *bona fi-*

de jam eadem illa verba, ὡς προειρήκαμεν, quibus ad eum, quem dixi, locum Lectores suos delegavit PLUTARCHUS, simul cum reliquis verbis transcribere non dubitavit p. 163. E.

M

rat, ubi promisit, se hoc loco copiosius atque accuratius easdem res esse expositurum.

Denique, ipsum initium totius hujus posterioris Partis Compilationis istius, Αἰωρουμένης δὲ Παρθικῆς στρατιᾶς --- Φερόμενον ὑπὸ αὐτῶν ἐς Ἀλεξανδρείαν (p. 155. *extrem.* usque ad pag. 156. lin. 4.) quam *imperitissime absurdissimeque* e PLUTARCHO huc rapta, & quam *monstrose* (ut nullam plane medicinam valeas loco illi adferre) *distorta* sint; id ne ipse quidem elegantiarum illarum, quibus hinc inde in hac Compilatione APPIANUS, si Deo placet, usus sit, Admirator, HENRICUS STEPHANUS, sibi potuit dissimulare: qui ad extremum non aliam rationem, nodum istum, quem ipse sibi nexerat, solvendi invenit, nisi ut ad quæstionem illam, quam ipse sibi movet, *Unde autem profectum hunc errorem suspicabimur?* his verbis respondeat: *Ego certe ab eo ortum esse crediderim, cui APPIANUS ista ex Plutarcho excerpenda dederat, paulo longius, quam jussisset Appianus, progresso in his, quæ ex eo excerpenda loco erant.* Sed tota STEPHANI Adnotatio ad eum locum (p. 41. *Annotationum* in ipsius *Editione*; vel p. 264. sq. in *Edit. Tolliana*) perlegenda est, & cum ipso illo PLUTARCHI loco, unde hæc transfumta sunt, conferenda; ut plane videas, quam turpiter pueriliterque hoc eodem loco Compiler noster sese proderit.

FINIS SECTIONIS VI.

Errata quædam hoc modo corriget Benevolus Lector.

Pag. 12. Not. a. col. 1. lin. 4. pro *Seç. IV.* lege *hujus Sect.*
 Pag. 13. Not. d. col. 2. lin. 8. pro *t.* pone *t.*)



SLUB DRESDEN



3 2395141

Lit. Graec. B. 1165

